





EXPOSITIO MAGISTRI PETRI de Aluernia super quattuor libris metheorum Aristotelis.



Incipit expositio magistri Petri de aluernia super quatuor libris metheorum Aristotelis.



Sicut in rebus naturalibus nihil est perfectũ dum est in potentia: sed solũ tunc simpliciter perfectum est quãdo est in ultimo actu. quãdo uero cum medio se habẽs fuerit inter purã potẽtiã et purũ actũ tũc est quidẽ scḋm aliqd perfectũ nõ tñ simplr̃. Sic & circa scienciã accidit: sciencia aũt q̃ habeẽ de re tantũ in uniuersali nõ est sciẽcia cõpleta que est scḋm ultimũ actũ nã aliqs scit aliqd in in uli & scit quidẽ aliqd in actu eorũ q̃ sũt in ꝓpria ratiõe eius. Alia uero nescit in uniuersali sed solũ in potentia: puta qui cognoscit hominẽ solũ scḋm ꝙ est aĩal. solũ scit sic partẽ diffinitionis hoĩs in actu. s. genus eius. dfas aũt cõstitutiuas spẽi nõ dũ scit actu sed potentia tãtũ. unde mediũ est ꝙ cõplemẽtũ scientie requirit ꝙ non sistaẽ in cõibus: sed ꝙ ꝓcedaẽ usq; ad spẽs. indiuidua enĩ nõ cadũt sub cõsideratiõe artis nõ enĩ est eorũ intellectus sed sensus. quia igiẽ aristotel. in libro de gñatiõe determinauerat de trãsmutatõibus elemẽtorũ in cõi: necessariũ fuit ad cõplementũ sciẽcie naẽalis deẽminare de spẽbus trãsmutationũ q̃ accidũt circa elemẽta: & de his determinat in hoc libro qui intitulaẽ methorologicorũ. Est igitur intentio eius in hoc libro determinare de trãsmutatiõibus q̃ accidũt circa elemẽta ẽm singlãs spẽs. Et ad manifestãdũ suã intẽtionẽ ꝑmittit ꝓhemiũ In quo tria facit: primo enĩ enumerat ea de qbus deẽminatũ est in libris sciẽtie naturalis ꝑcedẽtibus hũc librũ. Secundo manifestat de qbus in hoc libro sit agẽdũ ibi. Reliq̃ aũt ps huius. Tertio ostẽdit de qbus in cõsequẽtibus libris restat agẽdũ ibi. Pertrãseũtes aũt de his. ꝑcedũt aũt hũc librũ scḋm ordinẽ in sciẽcia naturali tres libri. s. liber phisicorũ. liber de celo & mũdo: & liber de gñatiõe. unde tria facit: primo ostẽdit de que sit actũ in libro phisicorũ. In quo quidẽ q̃tũ ad duos primos libros eius agiẽ de causis nature. & hec tangit cõcludẽs ex deẽminatõe ꝑceden cium librorum. cum dicit.



De primis quidem igitur causis nature: & de omni motu naturali; adhuc aũt de secũdũ supiorẽ lationẽ ꝑ ornatis astris & de elemẽtis corpalib⁹ quot & que: & de ea q̃ inuicẽ ꝑmutatiõe & de generatione & corruptiõe cõi dictũ est pri⁹.

Et intitulanẽ prime cause naẽe: ꝑ tia principia aĩa q̃ sunt materia forma & priuatio: & etiã extrinsica gña causarũ s. materia forma agens & finis. In tribus aũt libris sequẽtibus phisicorũ agitur de motu in gñali. & hoc est qḋ subdit. & de omni motu naẽali. Scḋs sciẽtie naẽalis est liber de celo. in eius prima pte. s. duobus primis libris agiẽ de celo et stellis q̃ mouenẽ motu circulari Et q̃ntũ ad hoc dicit. adhuc dictum est de astris per. i. ualde ordinate dispositũ ẽm supiorẽ la. i. ẽm motũ circlarẽ quo mouenẽ oĩa corpa. In scḋa aũt pte eius dẽ libri. s. caplõ. iii. iiii. determinat de numero elementorũ & de motu locali ipsorũ. & q̃ntũ ad hoc dicit. & de elemẽtis corpalibus quot & q̃ sint. dicit aũt elemẽta corpalia: ad dfam primorũ prĩcipiorũ. s. materie & forme q̃ nõ sunt corpa sed corpũ elemẽta seu principia ignis aũt & aqua & terra & corpora extrema sũt; sũt aliorũ corporũ elemẽta. Tertius liber scientie naturalis est liber de gñone. in quo determinat de ꝑmutatiõe elemẽtorũ in inuicẽ. in scḋo libro de gñatiõe & corruptione in cõi in primo libro: & hec tanget cum cum dicit. & de ea q̃ inuicẽ. de inde cũ dicit.

Reliqua aũt ps hui⁹ methodi est adhuc cõsiderãda: quoniã oẽs priores metheorologiam uocabant.

Manifestat de quo sit in hoc libro agẽdum. Et circa hoc duo facit. primo ponit nomẽ cõsuetum huiusmodi do-

ctrine. Secūdo enumerat ea que in hac doctrina continentur. dicit ergo primo q̄ reliqua huius methodi sciētie naturalis q̄ premālbus hēmus restat adhuc considerāda q̄ oēs priores ipo uocabant methceotologicam a metheorō quod est excessus uel eleuatio: & logos qnod est sermo siue tatio: quia considerantur in hac doctrina ea que in excelsis generantur. sicut stelle cadētes stelle comete ignes & alia huiusmodi. quāuis alia quedam considerētur sicut fulmina terremotus & alia huiusmodi. Sed quia ea que fiunt in alto funt mirabilia & magis desiderata: ideo ab eis tota doctrina nomen accepit.

Secundo ibi.

Hec autem sunt quecunq̄ accidunt secundum naturam quidem inordinatiorem: tamen ea que primi elementi corporum circa locum maxime propinquum lationi astrorum de lacte & cometis & ignitis & motis fanthasmatibus.

Enumerat ea de quibus in hac doctrina cōsideratur que uidetur in quattuor distinguere quedam enim sunt q̄ fiunt in loco supremo propinquo corpori celesti et hec primo tangit cum dicit. Hec autem sunt scilicet de quibus adhuc restat considerandum quecunq̄ accidunt quidem secundum naturam: sed nō casualiter ut qdā putabāt inordinatiōe tñ in ea nata q̄ est primi elementi corporum idest corporis celestis q̄ dicitur elementum quia est pars toti us uniuersi corporalis. licet non ueniat in compositionem corporis mixti sicut elementa. est autem natura nam secundum quam hic accidunt in ordinationē natura celestis corporis. quia ea que sunt in celesti corpore semper simpliciter se habēt: in huiusmodi aūt transmutationibus corporum inferiorum accidit multa uarietas: ꝓpter quā quidam crediderunt q̄ hic non a natura sed a casu acciderunt: non considerantes q̄ naturaliter fiunt: non solum que funt semper sed etiam ea que funt ut in pluribus que nunquā accidunt circa locum maxime propinquum lationi astrorum id est astris circlariter motis. Et hec ponit ad differentiam subsequētium: & exemplificat dicens puta de lacte id est de obulo lacteo q̄ dicitur galaxia & stellis que comete dicūtur & fantasmatibus id est apparitionibus ignitis & motis que dicuntur stelle cadentes.

Secundo cum dicit.

Et quecunque ponemus utique aeris esse cōmunes passiones & aque.

Enumerat ea que sub predictis fiūt scilicet quecunq̄ ponuntur esse passiones cōmunes aeris & aque quia ex materia aquea in loco aeris generātur uaporibus in aquam transmutatis.

Tercio cum dicit.

Adhuc autem terræ quecunque partes & species & passiones partiū ex quibus & de spiritibus & terremotibus cōsiderabimus omnes causas: & de omnibus que fiunt secundum motus horum: in quibus hoc quidem dubitamus: hec autem attingimus aliquo modo.

Enumerat ea que in infimo dicit dicens. adhuc autem dicere quecunq̄ sūt partes terre. puta oriens occidens septētrio meridies. spēs puta q̄ quedā terra est concaua & antrosa: & quedam firma & calcata. & passiones partium terre: puta q̄ quedam est sulfurea: quedā lapidosa uel aliquo modo dissoluta. ex quibus terre quondam rationibus: considerabimus omnes causas spericarum nentis. quotum differentia attenditur secundum diuersitatē terre. sed de terremotibus quorū & cause assignantur ex diuersa specie terre: & de omnibus que fiunt secundū motus horum id est uentorum & terremotuum: in quibus non omnia perfecte & secundum certitudinem tradere possumus. sed quedam sub dubitatione relinquimus ad utranque partem rationem inducentes & quibus non attingit aliquo modo ueritatem.

Quarto ibi.

Ad huc autē de fulminū casu & tifonibus & incensionibus & aliis circulationibus quecunq; propter coagulationem accidunt passiones ipsorū corporum.

Enumerat ea que ab alto in infimū descendunt ex uentis causata. d. adhuc autē dicemus de casu fulminū & tifonibus que incidunt & dicuntur stiphi. & incensionibus que circa huiusmodi tifones accidunt & aliis circulationibus quecūq; propter coagulationes accidunt passiones ipsorum corporū scilicet elementorū. dicit aūt hic quia tiphones ex materia compacta generantur cum qoadā rectamine inducere. & multa alia similia accidunt tiphonibus ex materia coagulatione cōpacta cum quadam circulatione uel potest hec referri ad iridem & alonem. i. circulum continentē solem & lunam & stellas que accidunt ex reuerberatiōe radiorū ad aliquā materiam spissam.

Pertrāseuntes autē his de his speculabimus: si quid possumus secundum inductum assignare de animalibus & plātis uniuersaliter & singulatim. fere enim his dictis finis utique factus erit omis eius que a principio nobis electionis.

Ostendit quid restat agēdū in libris sub sequētibus & dicit. q̄ postquā pertransiuerimus de his q̄ dicta sunt. tūc speculabimur q̄ nrm posse modo inducto in libris precedētibus scilicet non recipiendo terra: sed causas inquirendo de animalibus & plantis & in uniuersali & secundum singulas species. & post res fere esse finis scientie naturalis quā a principio elegimus tradere. dicit aūt fere quia non omia naturalia abhomine cognosci possunt.

Lectio. II.


Ic igitur incipientes dicamus de ipsis primo. Quoniam enim determinatum est prius ano bis unū quidem principium corporū: ex quibus constat circulariter latorū corporum naturalia aūt quattuor corpora propter quattuor principia. quorum duplicem esse dicimus motū. hunc quidem a medio hunc autē ad mediū. Quatuor aūt existentibus his igne & aere & aqua & terra: omnibus quidem his ~~super his~~ supereminēs esse ignē: substās aūt terrā. Duo autē que ad ipsa his proportionabiliter se habētaer quidem enim igni propinquior aliis: aqua autem terre. Qui itaq; circa terram totus mundus ex his constat corporibus. De quo accidentē passiones dicimus esse fumendum.

Completo prohemio in qoo phos suam intentionem manifestauit. incipit procedere ad suū propositū prosequendum. & diuiditur in partes duas. in prima resumit ea que sōt necessaria ad cognoscendū principia transmutationū de quibus in hoc tractaturus est. in secunda incipit de eis tractare. ibi. resumentes igitur eas q̄. circa primū duo facit primo enumerat principia transmutationū & dr̄iam eorum adinuicē. Secundo ostendit quō se habent ad inuicem in causando. ibi. est aūt ex necessitate. dicit ergo primo q̄ prius determinatū est tam in libro de celo quā in libro de generatione q̄ inter alia principia corporalia que sunt principia aliorū corporū: unū est principiū illorum corporum ex quibus constituitur natura corporum circulariter motorum. s. sperarū et stellarū. hoc aūt principium dicit ipsam quintā essentiā ex qua omnia huiusmodi formant. alia uero principia corporalia inferiorū corporū sūt quattuor ꝓpter quattuor qualitates primas tangibiles que sunt principia agēdi & patiendi scilicet calidum frigidū humidum & siccum: quarum sunt tantum quattuor possibiles cōbinationes. nam calidus & siccus est ignis. calidus & humidus est aer. frigida & humida aqua frigida & sicca terra preter calidū & frigidū humidū & siccō aliqua esse

impossibile est: horũ aũt quattuor corporum sunt duo motus. unus quidem a medio mũdi sursum qui est motus leuium. scilicet ignis & aeris. alius autẽ motus est ad medium qui est motus grauium scilicet terre & aque. & sic est triplex motus corporum scilicet ad medium qui est grauium. & a medio qui est leuium. & circa medium qui est corporum celestium que nec sũt grauia nec leuia. leuium aũt & grauium est quedã differentia: nam aliquid est leue simpliciter scilicet ignis qui supeminet omĩbus. aliquid aũt est graue simpliciter scilicet terra que subsidet omĩbus. alia uero duo sunt secũdum quid grauia & leuia. nam aer est leuis respectu aque & terre. grauis uero respectu ignis. aqua uero est leuis respectu t̃re: grauis aũt respectu aeris & ignis. & ideo hec duo ad alia duo extrema proportionabiliter se habent ut scilicet sicut aer est ꝓpinquior igni ita aqua ẽ ꝓpingor terre sicut igitur patet ꝙ iste mundus qui est circa terram cõstat ex quattuor corporibus. & huiusmodi mundi oportet nos in hoc libro passiones considerare que sunt transmutationes uarie in elementis inuente.

Deinde cum dicit.

Est autem ex necessitate continuus iste superioribus lationibus: ut omnis ipsius uirtus gubernetur inde. Vnde enim motus principium omnibus illam causam putandum primam.

Ostendit quomodo principia predicta se habeant adinuicem in causandu & dicit ꝙ necessarium est quod iste mũdus inferior ex quattuor consistit elementis sit cõtinuus superioribus latiunibus idest corporibus circulariter mutis: continuum autem accipit hic pro contiguo ut scilicet nihil sit medium inter ea cuius quidem necessitatis ratio ẽ. nõ solum quia impossibile est locum uacuum esse. unde corpora oportet corporibus contiguari. sed etiã propter finẽ ut scilicet tota uirtus inferioris mundi gubernetur corporibus superioribus. ꝙ non essent nisi se tangerent. oportet enim ꝙ agens corporale tangat passum et motum ab ipso. ꝙ aũt inferior mundus regatur a superioribus corpibus & moueatur: probat duabus rationibus quarum prima talis est causa mouens unde. s. est principium motus necesse ꝙ sit prima causa. et hic intelligitur per comparationẽ ad causam formalem & materialem. nam materia patitur ab agente. agens autẽ naturaliter est prius patiente: forma etiã est effectus mouentis qui educit materiam de potentia in actum: sed finis est prior agente quia mouet agentem non tamen semper est prior in esse. sed solũ intentione. medium est autem corpus celeste inter naturalia esse primam causam quia eius incorruptibilitas & nobilitas demõstrat. oportet igitur ꝙ corpus celeste respectu horum inferiorũ unde et principium motus.

Secundam rationem ponit ibi.

Ad huc autem hic quidem perpetuus & finem motus non habens loco sed semper in fine. Hec autẽ corpora omnia finitis distãt locis ab inuicem. Quare accidentium circa ipsum ignem quidem et terram & syngenea his ut in materie specie. eorũ que fiunt causas oportet putare: subiectum enim et patiens apellamus hoc modo. Quod autem sit causa ut unum motus principium eam que semper motorum causandũ uirtutẽ.

Que talis est. motus celestis corporis est perpetuus: et hoc apparet ex ipsa dispositione loci. nam in linea recta ẽ accipere finem in actu. & ideo dicit ꝙ motus circularis non habet finem secundum locum. et ne aliquis crederet ꝓpter hoc ꝙ motus circularis esset imperfectus sicut motus rectus. antequã

peruenfat ad finem subiungit ꝙ motus circularis semper est in fine. quodlibet enim signum datū in circulo est principium et finis. & ita motus circularis in qualibet parte ita est perfectus sicut motus rectus quando est in sui fine. sic igitur apparet ex ipsa dispositione loci ꝙ motui celesti competit perpetuitas. Motus autem inferiorum corporum non possunt esse perpetui. quia inferiora corpora mouentur motibus rectis. motus autem rectus non durat unus continuus scdm mēsuram magnitudinis recte per quam transit. motus enim reflexus non est continuus ut in octauo phisicorum probatum est. Unde cum oīa corpa inferiora distēt finitis locis ab inuicem: & nullum eorum sit infinitum ut probatum est in tertio phisicorum et in primo de celo. necesse est ꝙ motus eorum sint finiti & nō perpetui. illud autem quod est perpetuum et semper conuenientet est motiuum eorum que non sunt sempet. unde elementa inferiora scilicet ignem & terram & alia syngenea his idest congenerabilia eis. scilicet aerem et aquam & que ex eis componuntur: oportet putate causas accidentium circa ipsum mūdum inferiorem. ut in specie materie idest per modum cause materialis quia hoc modo appellamus ꝙ subiectum & patiens. sed quod est causa dictorum ut unum principium motus id est per modum cause mouentis est causandum id est existimandum essentie causam eam uirtutem que semper motorum id est corporum celestium que semper mouētur sicut agens ad patiens.

Sequitur terctium capitulum.



Esumentes igitur eas q a principio positiones & determinatas prius determinationes dicamus & de lactis fantasia: & de cometis & aliis quecunq existunt his syngenea entia.

Lectio 3.



Stenso que sūt principia & que materialia passionum de quibus intendit tractare. incipit nunc tractare de eis. Et diuiditur in parres duas. in ptima determinat de particularibus transmutationibus elementorum quibus secūdum se transmutantur. In secunda parte detetminat de transmutationibus eorum secundum ꝙ ueniunt in compositionem mixti in quarto libro ibi. Quoniam autem secundum datum duo. & cetera. Prima autē pars diuiditur in duas. in prima enim determinat de transmutationibus siue passionibus elementorum que in alto accidunt. In secunda de his que accidunt in infimo. Et hoc in secundo libto ibi De marri autē & que natura ipsius & propter quam causam est salsa tanta aque mulritudo: ad huc autem. & cete. ptima autem pars diuiditur in tres. In ptima dicit de quo est intentio. In secunda quedam ptemittit que sunt necessaria ad subsequentium determinationem. ibi. Dicimus itaq ignem & aerem & aquam & tetram fieri ex inuicem. & cetera. In tertia incipit determinare de ptincipali proposito. ibi. his autem determinatis. Dicit ergo primo dicendum est de phanthasia lactiis idest de apparitione lactei circuii: & de cometis. Et de aliis omnibus que sunt his syngenea id est generatiua ita tamen ꝙ resumamus positiones a nobis positas in prioribus libris & determinationes in eis prius determinatas utamur ad propositum manifestandum cū opus fuerit.

Deinde cum dicit.

Dicimus itaq ignem & aerem & aquam et terram fieri exinuicem: & unumquodq; horum in unoquoq; existere potentia: sicut & aliorum quibus unum aliquid & idem subicitur: in quod etiam resoluuntur ultimum.

Ca. I.

Premitit quedam que sunt necessaria ad subsequẽtia. et circa hoc duo facit: primo premittit aliquid quod pertinet ad transmutationem elementorũ adinuicem. secundo de ordinatione eorum in mundo et specialiter de aere. ibi primo quidem dubitabit. &c̄. Dicit ergo primo ꝙ ignis & aer & aqua & terra fiunt exinuicem: quamuis empedocles contrarium senserit. et hic resumit ut probatum est in secundo de generatione. & huius rationẽ assignat qa unumquodqꝫ elementorũ est in alio in potentia. & que sic se habent ad inuicẽ generari possunt. ulterius huius rationem assignat quia cõicant in una materia prima que eis debetur et in q̄ntũ sicut ultimum resoluuntur. omnia enim quorum materia est una cõmũis sic se habent ꝙ unum eorum est in potentia in alio. sic̄ cultellus est potẽtia in claui: & clauis in cultello quia utriusqꝫ materia cõmunis est ferrum.

De inde cum dicit.

Primo quidem igitur dubitabit utiqꝫ quis circa uocatum aerem: quoniam oportet accipere ipsius naturã in mũdo ambientem terram: & quomodo se habet ordine ad alia dicta elementa corporum.

Determinat de ordine elementorũ et precipue aeris. et circa hec tria facit primo mouet questionẽ et dicit ꝙ primo dubitatur circa corpus: corpus qd̄ uocatur aer quã naturam habet in mũdo qui ambit terrã utrum scilicet totũ sit aer. & si nõ quomodo ordinetur ad alia elementa. Secundo ibi.

Moles quidẽ enĩ utiqꝫ terre quãta quedã utiqꝫ sit ad ambientes magnitudines non inmanifestũ. Iã enĩ uisum est per astrologica theoremata a nobis: ꝙ multo etiã quibusdam astris minor est.

Ponit quedã circa ordinẽ elemẽtorum manifesta quorũ primũ est de terra. s. ꝙ nõ est imanifestum quãta sit moles terre p cõpationẽ ad magnitudines ambiẽtes. s. celestiũ corpũ & aliorũ elemetorũ. Iã enĩ appuit p consideratiões astrologicas ꝙ terra ẽ mlto minor quibusdã astrĩ. & ꝙ in cõpatiõe ad ultimũ sperã optinet uicẽ pũcti. Secũdo proponit de aqua.

Aque. n. natã cõstantẽ & sepatã neqꝫ uidem⁹ neqꝫ cotingit segregatã esse ab eo ꝙ circa terrã locato corpe puta a manifestis mari & fluminib⁹: & utiqꝫ si qd in pfundũ imãifestũ nob̄ ẽ.

Et dicit ꝙ nõ uidemus aquã p se constãtẽ & sepatã a corpe locato circa terrã. s. a mari & fluminibus q̄ sũt manifesta nob̄ & cõgregatõibus aq̄rũ si que sũt in pfũdo terre manifeste nob̄ qdã posuerũt nec etiã cõtingit aquã sic cõgregatã seo ꝙ hũidũ aqueũ nõ termiat nisi termio alieno. Iterum ibi.

Intermediũ itaqꝫ terre & ultimorũ astrorũ; utrũ unũ aliqd̄ putandũ ƒm naturã eẽ corp⁹ aut plã: & si plã quãta: & usq̄quo deteriata sũt locis.

Hic pseqt̄ q̄stionẽ suã iã motã. q̄rit id qd est mẽbrũ. Et circa hoc duo facit. primo. n. oñit ꝙ nõ totũ spaciũ qd ẽ a supmis stellis usqꝫ ad terrã est pleuũ aliquo corpe. s. igneus aere aut utroqꝫ sed supra hoc est aliqd̄ corpus preter ista. Scd̄o ostẽdit quõ ad illd̄ supmũ corpus alia corpa ƒm positionẽ ordineñt ibi. reliquũ aũt. Circa primũ sic pcedit. primo dicit ꝙ dubiũ est utrũ inter terrã & inter astra ultima q̄ dicunt nõ errãtia sed fixa sit putandũ esse unũ corpus secundũ pprietatẽ nature nihil plã: & si plã quot sũt & ubi terient ƒm locũ.

Secundo ibi.

Nobis quidẽ igit̃ dictũ est prius de primo elemẽto q̄le ƒm uirtutẽ est & qa tot⁹ qui circa supiores latiões mũd⁹: illo corpe plen⁹ ẽ: & hãc opinionẽ nõ solũ nos existiam⁹ hñtes: uidet̃ aũt antiq̄ q̄dã existimatio ipa & priorũ hominũ. Dict⁹. n. ether antiquã accepit appellationẽ: quã Anaxagoras qdẽ igni idẽ putasse mihi uidet̃ significare supiora plena igne eẽ & ille eãqꝫ ibi potẽtiã ethera uocari putauit; hoc qdẽ recte putãs. Qd

.n. sẽp corp⁹ currẽs sit & diuinũ aliqd ẽm naturã uisi sunt existimare: & determinauerũt noĩari ethera: q̧ tale tã quã nlli eorũ q apd nos exñs idẽ. Nõ .n. utiq; dicem⁹ semel neq; bis neq; raro easdẽ opiniões reiterare factas in hoĩbus sed infinities.

Resumit q̃dã in li. de ce. determiatũ. qd ẽ q̃le ẽm uirtutẽ elm̃ pmũ. s. celeste corpus: & q̧ tot⁹ ille mũdus qui est circa supiores latiores. i. q mouet motu circlari ẽ plenus illo corpe oĩa. n. corpa celestia ad naturã illius primi elemẽti ptinẽt dicit. & qa phi põebãt cõtrariũ ne sua opinio noua uideret subiũgit q̧ hãc opinionẽ nõ solũ ipe habuit: sed fuit etiã antiq̃ opinio primorũ hoĩm: illud ei corpus q̧ dr ether qd nos celũ dicimus antiq̃ hẽt appellationẽ: sed Anax. hãc noĩationẽ uidet putasse q̧ significaret idem q̧ ignis. accepit enĩ q̧ ether diceret nõ pter sp currere. i. cõtinue moueri. sed ab etherin q̧ est ardere qa supiora corpa credidit esse plena igne. & q̃uis in hoc male diceret ut improbat: tamẽ hec recte putauit q̧ nihil etheris cõueniret cuidã potẽtie corpali q est ibi pter ista corpa. oẽs enĩ antiq uisi sũt opinari. & determĩauerũt illud corpus noĩari ether q̧ semp currit id ẽ mouet: & q̧ est q̃dã diuinũ. i. ppetuũ ẽm suã naturã: tãquã illud corpus nlli corpũ q sũt apud nos sit idẽ. nec est mirũ: si hãc opinionẽ quã nos uidebamur de nouo assũpsisse & antiqui habuerũt quia nos dicimus q̧ eedẽ opiniões sunt recitate in hoĩbus postq̃ desierũt p negligentiã studii. nõ tantũ bis uel ter sed infinities. hoc enĩ dicit scd̃m suã opinionẽ qua putauit mundũ & generationẽ hominũ fuisse ab eterno: ut appet in prioribus libris. hoc eni supposito mediũ fit q̃sdã artes & opiniones a quibusdã certis tpibus incepisse. & opottet dicere q̧ multotiẽs ul magis infinitiẽ sũt destructe propter bella uel alias corruptiones & iterũ reinuente:

Tertie ibi.

Quicũq; aũt ignẽ purũ esse aũt q̧ ambiẽs & nõ solũ lata corpora. qd aũt intermediũ terre & astrorũ aerẽ. cõsiderãtes utiq; nũc ostensa per mathematica sufficienter forte utiq; desisterẽt ab hac puerili opiniõe ualde enĩ simplex putare unũqdq; latorũ esse paruũ magnitudinibus qa uidetur aspiciẽtibus hinc nobis sic. Dictũ est quidẽ igit & prius in his que circa superiorẽ locũ theorematibus. Dicem⁹ aũt eãdẽ rationẽ & nũc. Si enĩ & distãtie plene igne & corpa cõstant ex igne: ad nihilatũ utiq; esset unumqdq; aliorum elementorũ.

Ostẽdit q̧ nõ est unũ horũ inferiorũ corpus q̧ superius circulariter mouet & circa hoc tria facit. prĩo ostẽdit hoc q̃tũ ad ignẽ. secundo q̃ntũ ad aerẽ ibi. at uero nec aer. Tertio quantũ ad utrũque. ibi. et etiã si duobus. circa primũ sciendũ est q̧ aliqui putauerũt solũ corpora celestia delata scilicet solẽ & lunã & stellas esse nature ignee. qd uero est inter eas esse nature aeree. quidã uero posuerũt totum esse nature ignee sicuti anaxa. dixit. dicit ergo q̧ quicũq; posuerunt nõ solũ corpora delata ignem purũ sed totum ambiens scilicet omẽs speras. & id quod est intermediũ terre & astrorum est aer sicut a terra usq; ad orbem lune. & qd est desup totũ ignis qui inquã sic debẽt si cõsiderarẽt ea q nũc sunt sufficiẽter ostensa per mathematicas de magnitudinibus corporum forte desisterent a puerili opinione ualde eni simplicis hominis est & ineruditi putare stellas esse paruas magnitudinibus q uident pue nobis tã a remotis aspiciẽtibus. dictũ est de his inferiobus theorematibus. s. in secũdo de celo sed etiã nũc eadẽ ratione dicemus ad destructionẽ predicte positionis. cũ. n. corpa astrorũ & sparũ q̃i imppotionabilr excedãt q̃ntitatẽ t̃re & eorũ q sũt circa t̃rã: si nõ solũ corpa stellarũ constarẽt ex igne sed etiã distãtie q sũt inter eas essẽt plene igne iã olim adnihilatũ eẽt unũqdq; aliorũ el'orũ pter excessũ ignis sup ea. Deinde cũ dicit.

At uero neq; aere solo plena: multũ n. utiq; excederet eq̃litatẽ cõis analogie ad coelementaria corpora.

Ostendit idem esse de aere quantum ad aerem dicens. q̄ nō est possibile q̄ ille distantie sint pleue aere. multum est enim q̄ ad huc quantitas aeris multum excederet equalitatem analogie id est proportionis que debet esse comunis inter elementa ad hoc q̄ elementa conseruentur.

Deinde cum dicit.

Et etiam si duobus elementis plenus qui intermedium terre & celi locus est. Nulla enim ut est dicere ps terre est moles: in qua contenta est: & omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autē non in tanta magnitudine factum excessum moliumcum ex aqua disgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Necesse autem eandem rationem habere quantam habet tantilla & parua ad factum esse aerem: ipsa & totum ad totam aquam.

Ostendit idem quantum ad utrumq̄ Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillationem. ibi. Differt autem nihil neq̄ si quis dicat quidem non fieri &c̄.
Dicit ergo primo q̄ etiam proportio debita elementorum non seruatur. si totus locus qui est medius inter terrā & supremum celum est plenus duobus elemētis scilicet igne & aere quia moles terre in qua continetur etiam omnis aque multitudo quia nulla pars est habens proportionem ad totam magnitudinem ambientium corporum cum ad solam ultimam speram optinet uicem puncti secundum astronomos. Videmus autem q̄ cum ex aqua per disgregationem siue rarefactionē fit aer. aut ex aere ignis non est causatus immensus excessus quantitatis. oportet autem ad huc q̄ conseruentur debita proportio in elementis q̄ eandem rationem id est proportionem habear hec parua aqua ad aerem factum ex ipsa. & tota aqua ad totum aerem. ut uidelicet quantum excedit quantitas aeris quantitatem aque ex qua fit tantum excedat in mundo quantitas totius aeris quantitatem tocius aque.

Deinde cum dicit.

Differt autem nihil: neq̄ si quis dicat quidem non fieri hec ex inuicem equalia: tamen uirtute esse. Secundum hunc enim modum necesse equalitatem uirtutis existere magnitudinibus ipsorum: quemadmodum utiq̄ si facta ad inuicem existerent. Quod quidem igitur neq̄ aer ignis tantum repleuit inter medium locum manifestum est.

Excludit quandam cauillationem dicens q̄ nihil differt ad propositum. si quis dicat secundum opinionem empedoclis. q̄ elementa non generantur ex inuicem. oportet enim secundum eius opinionem elementa essentialia proportione uirtutis. unde sic oportet q̄ conseruetur essentiabilitas proportionabilitate uirtutis in magnitudinibus elementorum si non generantur ex inuicem. sicut si adinuicem genrarentur: ultimo autem colligit q̄ dictum excludens ex dictis medium esse: q̄ nec aer tantum replet medium locum qui est inter terram: & supremas stellas: nec ignis sed preter hec duo elementa oportet supra esse corpus celeste q̄ nullum inferiorum estelementorum.

Sequit̄ quartū capitulū


Eliquum autem perscrutantes dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. Dico autem aeremq̄ & ignē.

Ostquā Philosophus ostē=dit iguem & aerem uon esse corpus celeste ꝙ uocatur primum elementum: siue primum corpus. nūc intendit ostēdere quomodo ignis & aer se habeant ad illud primum corpus. Ft circa hec duo facit. primo mouet hanc questionem & duas alias necessarias ad propositū. Secuudo soluit eas ibi. Nos autem dicamus. prima diuidit̃ in tres secūdū tres q̃stiones q̄s mouet. secūda iucipit ibi. ꝓpter quā causā. tertia ibi. de aere er. dicit ergo. primo ꝙ post predicta relingt̃ ꝑscrutar de ordine aeris & iguis ad primum corpns scilicet celeste ex quo osteusum est ipsum esse aliquid pretet ista.

Deinde cum dicit.

Propter quam causam caliditas a supetioribus astris fit his que circa treram locis.

Mouet secundam questionem scilicet propter quam causam a superioribus stellis causetur caliditas in his locis qui sunt circa terram. Et hec etiam questio habet ortum ex premissis. uidetur enim secundum naturam esse ꝙ simile generet suum simile. Si igitur corpus celeste nō est calidum quia nec est ignis nec est aer ut supra habitum est. remanet nunc in dubio quomodo a corpore celesti posset causati calor in istis inferiribus.

Delude cum dicit.

De aere igitur dicentes primo sicut supposuimus: dicamus sic & de his iterum. Si itaque fit aqua ex aere & aer ex aqua: propter quam quidē causam non constant nubes secundū superiorem locum. Conueniebat. n. magis quanto remotior a terra locꝰ et frigidior. qa neq; sic prope astra calida existentia est: neq; prope radios a terra refractos qui prohibēt prope terram constare disgregantes caliditate consistentias. Fiunt euim nubium congregationes ubi desinuut jam radii propter spergi in immensum. Aut igitur non ex omni aere nata est aqua fieri: aut si similiter ex omni qui circa terram non solum aer est: sed uelud uapor: propter qđ iterum constat in aquam. At uero si tantus existens aer omnis uapor est. uidebitur itaque multum excedere que aeris natura: & que aque. si quidem superiores distantie plene sunt corpore aliquo: & igne quidem impossibile: quia exsiccarentur utique alia omnia: relinquitur autem aere & quod circa terram totam aqua: uapor enim aque disgregatio est: de his quidem igitut dubitatun sit hoc modo.

Monet tertiam dubitatlonē que etiam ex premissis dependet. dixerat enī prius ꝙ oportebit considerare quomodō sit accipienda natura aeris in uniuerso. Et hec ideo quia multa eorum de quibus detetminaturus est generationem habent in aere: dicit ergo: ꝙ sicut supra supposuimus oportet primo aliquid dicere de aere. & sic erit dicendum de aliis duabus questionibus motis. Vnde statim incipit mouere dubitationem ad naturam aeris pertinentem. Osteusum est enim in libro de generatione ꝙ aqua fit ex aere. et econuerso. Cum autem ex coudensationibus nubium generatur pluuia: hoc est aerem conuerti in aquam. Querit ergo si aqua fit ex aere: & aer ex aqua quare in superori parte aeris uon inspissent̃ nubes ad gñatiouē aque. & inducit rōem ad hoc ostēdeudum ꝙ hoc fieri deberet. multū est enim ꝙ condeusatio nubiū fit ex frigiditate. nā sic

calidi est calefacere: ita frigidi inspissare. locus autem aeris qui est remotior a terra uidetur esse frigidior quia uidetur ibi cessare due cause calefactionis. quarum una est propinquitas ad astra ex quibus causatur calor: & hec tangit cū dicit. quia neq; ille locus aeris supior sit ꝓpe astra extrema calida scđm effectū. ut caliditas astrorū posset ipedire ispissationem nubiū. alia causa calefactionis est reuerberatio radiorū solis a terra. & hec tangit cum dicit. neq; iterū. ille locus superioris aeris est prope radios restrictos idest reuerberatos a terra qui prohibent cōgregari nubes prope terram per hec ꝙ sua caliditate disgregant cōsistentias uaporū. & ꝙ hec secunda causa non impediat congregationem manifestat per signū quia uidelicet congregationes nubiū manifestius fiunt ibi ubi radii repercussi a terra iam desinunt habere uirtutē calefaciēdi propter hec ꝙ in immensū sparguntur. & sic multū distant a radiis cadentibus. unde nō multiplicatur causa caloris. Ad huius aūt intelligētiā sciendū est ꝙ radii procedentes a sole ad terrā sunt causa caliditatis. cum autem radius a sole in terrā cadēs repercutitur: fit iterum alius radius a terra quasi resursū tendēs quāto ergo duo radii fuerint magis sibi inuicē propinqui tanto plus de calore causatur qa uirtus utriusq; radii scilicet cadentis & reflexi ptingit ad eandē partem aeris. & inde ē ꝙ ubi radius solis cadens super terram facit angulū rectū ibi est maximus calor ꝙ reflexio fit in eandē. q̄nto uero in aliquo fecerit angulū radius cadens mayorem recto tanto est minus de calore quia cū repercussio fiat secundū pares angulos radius repercussus propter amplitudinem anguli multum distat a radio primo cadente. manifestum est autem ꝙ quanto due linee continentes angulum magis procedunt: tanto magis distant abinuicem. unde quāto magis receditur a terra ubi fit reuerberatio tanto predicti duo radii magis distant ab inuicem & est minor calor. & ideo propter immensam separationem predictorum radiorum abinuicem in loco superiori. definit calor & condensantur ibi nubes propter frigus. et hoc est quod dicit nubium congregationes fiunt ubi desinunt iam radii propter spargi immensum. si igitur utraq; causa que posset impedire cōgregationem nubium in superiori parte aeris cessat ut dictum est. Et cum ibi non condensantur nubes oportet dicere ꝙ aqua nō sit nata fieri ex omni aere aut si similiter se habet omnis aer ad hoc ꝙ generetur aqua ex eo oporret ꝙ iste aer qui est circa terram nō solum sit aer sed sit uapor: et ex hac causa congregetur ad generationem aque. superior autem qui est purus aer non posset condensari in aquam: sed hoc non potest esse qa si totus iste aer qui est circa terrā cum sit tā magnus sit uapor. uidetur sequi ꝙ natura aeris et aque multū excedant alia elementa quia superiores distantie que sunt inter stellas sunt plene aliquo corpore cum nihil sit uacuum ut in quarto phisicorum probatum est. impossibile est autem ꝙ sint plene igne: quia sic omnia alia exsiccarentur ut supra probatum est. relinqueretur ꝙ sint plene aere. & id quod est circa terram sit plenum aqua. si hic aer est uapor quia uapor est quedam disgregatio aque id est aqua rarefacta. Et sic positis tribus questionibus quasi colligens subdit quod de predictis dubitatum sit hoc modo.

Deinde cum dicit.



Os autem dicamus simul & ad dicenda determinantes & ad nunc dicta. Quod quidem enim sursum & usq; ad lunam dicimus esse corpus alterum ab igne & aere: quinimmo & in ipso hoc quidem purius esse: hoc autem minus sincerū & differētias habens & maxime qua desinit ad aerem & ad eum qui circa terram mundum.

Soluit propositas questiones. et primo eam que est de ordinatione elementorū. Secūdo eam q̄ est de gn̄atiōe nubiū ibi. eius q̄dē igitur ꝙ in eo ꝙ insur.

Tertto eam q̄ est de caliditate a stellis in inferioribus causata. ibi. De facta autem caliditate. Circa primum tria facit. primo resumit quod dictum est de natura primi corporis dicens. ꝙ ad intellectū & eorum que nunc quesita sūt & eorum que postmodum sunt dicenda. oporter determinando dicere ꝙ supremum corpus usque ad lunam est alterum ab igne & aere. sicut iam ostensum est. sed tamen in ipso corpore supremo est aliud prius & minus purum uel sincerū nō ꝙ sit alia corruptio: aut comixtio siue amixtio extranee nature sed magis purum dicitur quod est magis nobile magis uirtuosum & magis formale. Vnde & habet differenciam in uirtute & nobilitate: & maxime ista differencia manifestat̄ ex illa parte qua definit ad aerem & ad mundum inferiorem qui est cerca terram. in luna enī apparet defectus luminis: & quādo est plena apparent in ea quedam rubiositates. Secundo ibi.

Lato autem primo elemento circulariter & corporibus que in ipso quod propinquum semper inferioris mundi & corporis motu disgregātum accenditur & facit caliditatem. Oportet autem intelligere sic & habere incipientes: quod enī sub ea que sursum circulatione corpus: uelud materia quedam existēs & potencia calida & frigida & sicca & humida: & quecunque alie his assequūtur passiones fit talis: & est a motu & in mobilitate cuiꝰ causam & principium diximus prius.

Ostendit effectum quē habet corpus superius in inferiora. & dicit ꝙ primo elemento id est celo circulariter moto. & motis corporibus que sunt in ipo. s. sole & stellis: illa pars inferioris mūdi que est ei propinquior quasi disgregata seu rarefacta per motum superioris corpus accenditur & sic fit caliditas. & subiungit rationem dicēs: ꝙ hec oportet ītelligere īcipiēdo: tota enī nat̄a corporalis que est sub corpore circulariter moto est sicut quedam materia existens in potentia ad calidum frigidum humidū & siccum: & ad alias passiones & formas que sequuntur ad hec. Et quia materia reducitur in actum a primo agente: natura enim corporalis fit talis actu per hec quod participat de motu & nō participat sed immobilis manet a corpore celesti ꝙ supra diximus esse causā & principiū unde est motus in istis inferioribus. non est autem intelligendū ꝙ corpora inferiora recipiāt huiusmodi passiōes a superioribus tanquam accidentaliter & non secūdum naturam sic̄ aqua cū aqua calesit ab igne sed ipā naturam et formam secundum quā naturaliter sunt calida uel frigida. a superiori corpore recipiunt multo principalius quam a generatione nam primum generationis principium est corpus celeste. Tertio ibi.

In medio quidem igitur & circa medium est quod grauissimū & frigidissimum segregatū terra & aqua. Circa hoc autem & habita his aerq; ꝙ propter consuetudinem uocamus ignem. Non est enim ignis excessus enim calidi & uelut feruor est quod ignis: sed oportet intelligere dicti a nobis aeris: ꝙ quidam circa terram uelut humidum & calidum esse propter uaporem & exalationem habere terre: quod autem super hoc calidū iam & siccum est: uaporis enim natura humidum & calidum: exalationis autem calidū & siccum: & est uapor quidem potentia uelud aqua: exalatio autem potentia uelud ignis.

Ostēdit ordinem elemētorum. s. n. p participationē motus fit calor in istis inferioribus & per elongationē a motu celesti ecōuerso fit frigus: necesse ē ꝙ illud frigidissimū & grauissimū scilicet aqua et t̄ra sit maxie remotū amotu celesti existēs in medio quātū ad terrā et circa medium quantū ad aquam. uel dicit circa mediū eo ꝙ mediū cū sit indiuisibibile nō potest esse locus corpis

ſed circa medium ideſt centrū mūdi eſt terra & aqua. centrum autem terre eſt in cenrro rotius. circa hoc autem ſcilicet rerram et aquam. & habita his id ē conſequenter ordinata poſt ipſa eſt aer & id qd̄ cōſueto noīe uocamus ignē in q̄bus habūdat calor. expōit āt qd̄ dixerat.d. ꝙ q̄rtū elemētū ſupra aerē nō ꝓprie uocat̄ ignis:ignis.n.aſſignat exceſſū calidi: & ē q̄i qdā feruor & accenſio quedā. ſicut glacies nō eſt elementum ſed eſt quidā exceſſus frigoris ad congelatā aquā . Id antē ad qd̄ ſic ſe habet ignis ſicut glacies ad aquā non eſt noīatū & ideo nominamus ipſū noīe ignis: ſicut ſi aqua nō haberet nomē & noīaremus elementū aque glaciē·ſed oporret intelligere ꝙ de toro corpore iſto qd̄ a nobis dicit̄ aer:una pars que eſt ꝓpinqua terre eſt quaſi calida et hūida ꝓpter id qd̄ habet de uapore & exalatione terre: ſic enī elementa ſunt ordinata ſecundū ꝙ eorū nature cōpetit. unde quia ſecundū naturā ſuā eſt calidus & hūidus ſic eſt diſpoſitus ut uaporē terre ſuſcipiat . ad eius calorē & humiditatē conſeruandā.ſed illa pars corporis que cōmuniter uocatur aer que eſt ſuperior eſt calida & ſicea: et hanc partē uocamus elementū ignis . Et ſic aer nomē cōe eſt duobus elemētis . & quia dixerat de uapore & exalatione terre. oſtēdit deinde inter ea et dicit. ꝙ natura uaporis eſt eſſe hūidū et calidū. natura aūt exalatiōis eſt eſſe calidū & ſiccū.Et ſic uapor ꝓpter hūiditatē eſt quaſi in potentia ad aquā.exalatio aūt propter ſiccitatē eſt quaſi in potēcia ut igniatur.

Eius quidē igit̄ quod in eo qui ſurſū loco nō cōſtare nubes hāc exiſtimandū cauſā eē quia nō ineſt aer ſolum: ſed magis uelut ignis.

Soluta queſtiōe de ordinatiōe elemētorū: hic ſoluit queſtionē de inſpiſſatione nubiū & ponit duas ſolutiōes q̄rū primā cōcludit exꝑdictis dicēs ꝙ hanc ſciendū eſt eſſe cauſā quia in ſupiori ꝑte aeris non cōgregant̄ nubes : quia ꝑs eius ſuperior q̄ cōiter uocat̄ aer nō ſolū eſt aer. ſed magis eſt q̄ſi ignis ut dictū eſt: ſed quia etiā infra illā partē adhuc nō gn̄ant̄ nubes neceſſe fuit ut poneret aliā ſolucionē. unde ſecundā ſolutionem ponit. ibi.

Nihil aūt prohibet & eā q̄ in circuitu lationē ꝓhiberi nubes cōſtare in ſuperiori loco : fluere enī neceſſariū omnē q in circuitu aerē quicūq; nō intra piſeriā capit̄ definitā : ut & terra ſperica ſit total̄ Videtur enī & nunc uentorū generā in ſtāgnatib⁹ locis t̄re : & nō excedere uētos altos mōtesſſluit āt aer ī circuitu qa ſil̄ trahit̄ cū toti⁹ circulatiōe.ignis qdē.n. cum eo quod ſurſū elemēto: cū igne aūt aer cōtinu⁹ eſt Quare & ꝓpter motū ꝓhibet̄ cōgregari in aquā: ſed ſemp quecūq; ꝑs ipſi⁹ grauet̄ extruſo in ſupiorē locū calido deorſū fert̄. Alia aūt in parte ſimul ſurſū fertur exalato igni: & ſic continue hoc quidem perſeuerat aere plenū exiſtens: hoc aūt igne: & ſemp aliud et aliud fit unūquodq; ipſorū De eo quidē igitur qd̄ eſt nō fieri nubes: neq; in aquā cōgregationē : & quomō oportet accipere de loco intermedio aſtrorū & terræ: & quomodo eſt corpore plenus tanta dicta ſunt .

Et dicit ꝙ nihil prohibet etiam ꝓpter motū aeris in circuitu prohiberi ꝙ nubes nō cōgregentur in ſuperiori loco: qa neceſſariū eſt ꝙ totus aer qui eſt in circuitu terre fluat circulariter motus Sed ab iſto fluxu excepit illū aerē q capitur intra pariſeriā id eſt circumferēciam definitam id eſt que cōtinetur infra partes rerræ ut ſic tota terta inueniatur eſſe ſperica cum aere incluſo inter partes terre: ut ſic ille aer qui excedit omnē altitudinē montiū in circuitu fluit. aer aūt qui cōtinet̄ intra montium altitudinē impedit̄ ab hoc fluxu ex partibus terræ immobilibus & ꝓpter hoc gn̄o uentorū uidetur eſſe nūc in locis terræ ſtagnantibus id eſt in aere que continetur infra partes rerre ac ſi eſſent ſtagna aeris quieſcentis. Si.n.

aer inquo gñant uenti moueret circulariter oporteret ꝙ omnes uenti cũ eo circulatiter circũferentur: nũc autem uidemus ex diuersis pribus uentos flare: & quia in aere fluenti nõ generant uenti sed in quiescenti. propter hec uẽti non excedunt montes altos. dicit. n. ab antiquis sacraficiis factis in altissimis montibus post annum inueniebat cinis & ad huc saluatur & in eodem loco manẽs. Et hec qdẽ ꝙ uenti nõ generantur ibi est signũ ꝙ nec nubes ibi cõdensentur in pluuias: & quare aũt aer qui excedit mõtes fluat: ostendit subdẽs ꝙ ideo fluit incircuitu qa simul trahitur cũ circulatiõe celli mundi: ignis eni est cõtinuus id est cõtiguus cũ corpore celesti. aer aũt cum igne quia ergo superior aer fluit per eius motum ꝓhibetur cõgregari in aquã quia motus rarefacit & cõgregationẽ impedit: sed si quã pars illius aeris aliquo modo cõdẽsetur aut aliquid spissum aliquo modo feratur peraliquã uiolentiã feretur deorsum qui locũ aeris propinqui terre. & si quid calidum erat in ea feratur sursũ. & alia pars illius aeris q̃ nõ grauatur feretur sursũ simul cum igne exalato. & sic dũ eorũ q̃ resoluũtur a terris & aquis aliquid manet in loco aeris aliud aũt fertur ad locum ignis continue donec unus locus perseuerat plenus aere & alius plenus igne nõ tamẽ ita ꝙ semper manet idem aer & ignis numero incorruptus: sed semꝑ corrupta una parte aeris uel ignis aliquid ꝑ uiolentiã deorsũ ex causa adgeneratur alia que sursum a terra & aqua eleuant Et ita licet maneat semper in loco aeris aer. & in loco ignis ignis. tamẽ semper unumquodqꝫ ipsorũ fit aliud et aliud per cõtinuã gñationẽ et corruptionem sicut in fluuio decurrẽti patet: in quo semꝑ manet aqua nõ tamẽ eadẽ numero: sed tamen una defluente & alia succedẽte. Deinde recolligit ea que dicta sunt & dicit tãta sint dicta a nobis de eo qd̃ est non fieri nubes nec in spissationem uaporũ in aquã in superiori parte aeris. & etiam de hac quõ oporteat accipe de loco qui est inter supma astra & terram quo scilicet corpore plenus est. Deinde cũ dicit.

De facta autẽ caliditatẽ quã exhibet sol magis quidem secũdũ se ipsum et diligenter in his que de sensu cõuenit. Calidũ eni passio q̃ dã sẽsus est: propter quã autem causã fit non talibus existentibns illis secundum naturam dicendum et nunc.

Soluit tertiã questionẽ: & circa hec duo facit. primo dicit de quo est intentio dicens ꝙ de caliditate quã sol facit in istis inferioribus magis conueniret dicere secundũ se & diligẽter. i. pfecte q̃ in his dicẽda sunt de sensu quia calidũ est quedã passio sensus. est eni obiectum sensus tactus. sensus aũt & sensibile habẽt eandẽ scientiã cum ad inuicem dicant quodãmõ. sed qa materia presens hec requirit dicendũ est nunc. propter quã causã cum corpora celestia non sunt calida in sui natura fit ab eis caliditas in istis inferioribus.

Secundo ibi.

Videmus itaqꝫ motũ quod potest disgregare aerẽ & ignire: ut et lata liquefacta uideantur sepe.

Soluit questionẽ et diuiditur in partes duas. primo ponit questionis solutionem. secundo probat uerum esse ꝙ in questione supponebatur ibi. signum autẽ sufficiens. prima diuiditur in duas secundũ duas causas quas assignat. secunda incipit ibi. et quia ambiens. circa primum tria facit. primo assignat causam propter quã a corporibus celestibus non calidis existẽtibus calor in istis inferioribus generat. Et dicit ꝙ sẽsibiliter uidemus ꝙ motus qa potest disgregare rarefacere: potest & eum ignire. nã raritas & igneitas se consequuntur: sicut frigiditas et in spissitudo. & propter hec ea que ferunt: sicut si sagitte habeant plumbũ & ceram uident liquefieri quasi motu ea calefaciente: unde nihil inconueniens est si celum suo motu hec inferiora calefacit.

Secundo ibi.

Eius quidem igitur quod est fieri estũ & calorem sufficiens est efficere & solis latio tantũ: uelocemqꝫ enim oportet et non longe esse: quẽ

quidem igitur astrorũ uelox quidẽ: longe aũt: que autẽ lune: deorsum q; tarda autem: que autem solis ambo hec habet sufficienter.

Assignat causam quare calor in istis inferioribus generatur magis ex motu solis quã ex motu alicuius alterius corporis superioris: & dicit ꝙ solũ latio solis sufficit facere estuantẽ calorẽ in istis inferioribus. nam calor qui fit ex aliis corporibus celestibus est quasi insensibilis in comparatione ad calorem qui fit a sole. huius aũt ratio est q̃a motus qui causat uehementẽ calorẽ. oporter ꝙ sit uelox & ꝓpinquus. motus aũt astrorũ tam fixorũ quã quinq; errantiũ que sunt supra solem secundũ opinionem Aristotelis scilicet saturni. iouis. martis. ueneris. & mercurii. est quidẽ uelox remotus tamẽ a nobis longe. motus aũt lune qui est sub sole. licet sit ꝓpinquus est tamen tardus. motus autẽ solis habet utranq; sufficienter ad causandum calorẽ in istis inferioribus. s. uelocitatem et propinquitatẽ. ꝙ autem hic de uelocitate dicitur refertur seu ẽ referendum ad motum quo mouentur secundũ motum diurnũ. non ad ꝓprios motus stellarũ. multũ est enĩ ꝙ motũ diurnũ totum celũ eodem temporis spacio peragit. quanto aũt aliquod celestiũ corporum est propinquius centro tanto minorẽ circũferentiam circuit: unde tardius mouetur. secundũ autem ꝓprios motus luna uelocissime mouetur. Tertio ibi.

3

Fieri aũt magis simul cũ sole ipo caliditatem rationabile sumentes simile ex his que apud nos fiunt: etenim hic uiolentia latis uicinus aer maxime fit calidus & hoc rationabiliter accidit. maxime enim motus solidi disgregat ipsum: propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locum caliditas.

Assignat causam quare magis generatur ex motu ipsius solaris corporis q̃ ex motu spere eius. & dicit ꝙ rationabile est ꝙ caliditas fiat magis cum ipso solari corpore: & huius simile possumus sumere ex his que sunt apud nos. quia hic etiã aer uicinus rebus spissis que ferũtur per uiolentiã aer maxime fit calidus: & hoc accidit etiã rationabiliter quia motus maxime corporis solaris disgregat aerem. unde cum ipsum corpus solare sit magis solidum quã cetere partes spere ipsius cum nõ sit diaphanũ magis ex motu ipsius generat̃ calor quã ex motu spere. sic igitur propter causam istam caliditas a sole ꝑtingit ad locum istum. quis sol non sit calidus: nec huic cause impedimentũ prestatur ex hoc ꝙ luna ẽ inter solẽ & nos que calefieri non potest: quia licet calefiat a sole aliquo tamen modo immutatur ab eo. uidemus enim ꝙ illuminat̃ ab eo: non tamen semp eadẽ spẽ immutationis immutatur medium & extremũ. sicut radius solis nõ inflãmat uas uitreum plenũ aqua sed stupã post ipsum: apparet etiam ratio: quia ubi est umbra non est tantus calor quãtus est in loco ubi radii solares proiiciuntur. Quia scilicet umbra causatur ex aliquo corpore opposito soli ꝙ interrumpit continuationem trãsmutatiõis que est a sole sed ad locum umbre actio solis pertingit per quandã reflexionem. nec tamen putandũ est ꝙ motus tantũ causet calorẽ: sed inquantũ est motus talis corporis in sua natura habẽtis uirtutem calefaciendi. omnes enĩ forme corporũ inferiorũ reducuntur in corpora celestia sicut in quedam principia. & inde est ꝙ diuersa corpora celestia diuersos effectus in rebus corporalibus habent nõ solũ secundũ calidũ sed etiam secundũ alias passiones & formas. Deinde cum dicit.

Et quia ambiens ignis per aerem spargitur motu frequenter & fertur uiolentia deorsum. 4

Ponit propriã causam caliditatis generare ex motu solis q̃ tamẽ nõ est uniuersalis sed particularis. unde dicit ꝙ frequenter ignis qui ambit inferiores partes mundi ex motu corporis celesti fertur queda uiolentia deorsũ & spargitur per aerem: quia sicut supra dictũ

est superior aer & ignis quedã fluxũ habent ex motu celi.

Sigum aũt sufficiens ꝙ qui sursum locus non sit calidus : neqꝫ ignitus ẽ discursus astrorũ : ibi quidẽ enĩ nõ fiunt: deorsum aũt quis que magis mouentur & citius : igni aũt citius. Adhuc aũt sol q maxĩe esse uidet̃ calid⁹ uidet̃ alb⁹ sed nõ igne⁹ existẽs.

Manifestat qđ questio supponebat scilicer ꝙ celestia corpora non sunt calida aut ignita & hec p duo signa. primũ ẽ qa ibi nõ apparẽt discursus astrorum que uidentur cadẽtia que ex ignitione generãrut in inferiori loco. qđ non esset si corpora celestia essent calida. quia ubi est motus maior & uelocior ibi citius aliqd ignit̃. scđm signũ est quia sol qui maxime oidetur esse rat̃ ex effectu uidet̃ caloris albior nõ igniti

Quāuis quidam dicāt ꝙ in nubibus fiat ignis. Hūc aūt Empedocles quidē ait esse interceptū de solis radiis. Anaxagoras autē de eo qui desuper ethere: quod & ille uocat & ignē delatum a desuper deorsum: micationem quidem igitur huius ignis esse corruscationē: sonū aūt intus extincti & sixim tonitruū: tanquam sicut uidetur factum: sic & prius corruscatio fit & tonitruo.

Ponit aliorū cōtrarias opiniones & improbat eas & diuidit̄ in partes duas ſm duas opiniōes in genere quas ponit secūda incipit cum dicit. Sunt aūt qdam In prima parte primo ponit opinionē. secūdo cum dicit. Irrationalis autē. improbat eam in prima parte dicit. ꝙ propter causas dictas fiunt corruscatio & tonitruū quāuis quidam dñt ꝙ in nubibus est aliquis ignis iterceptus qui est causa ipsorum. quem ignem empe. dixit intercipi ipis a radiis solis. descēdētibus deorsum quos opinabat̄ eē corpa anax. nō dixit ipm esse aliquā partē etheris extruse a superiori uocans ipm ignem delatū deorsū a superiori oppositis; superiora corpora esse de natura ignis dictum est prius illustrationē ergo huius ignis intercepti nubibus dixerunt esse corruscationē tonitruū dixerunt esse sonum & sixim. i. stridorem ipius extincti in nube. ut secundū illum ordinem generētur ſm quā apparent primo quidem corruscatio. secūdo aūt tonitruū. Deinde cum dicit.

Irrationabilis autem & ignis interceptio utroq; modo quidem: magis autē detractio eius: qui desuper etheris. Quare enim fertur deorsum natum sursum oportet dici causam. & propter quid aliquādo hoc fit circa

celũ:quãdo nebulosũ fuerit q̃dẽ tãtum:sed nõ cõtinue:sic serenitate existente nõ fit. Hoc enĩ oĩno uidetur dictũ esse festiue.

Improbat eam & primo quantum ad dictum anax. principl'r. secundo cũ dicit. Sil'r aũt ẽ dicere. quãtũ ad dictũ empe. principl'r in prima parte dicit ꝙ dicere ꝙ ignis aliq̃s est interceptus nubibus utroq; istorũ modorũ irracionabile est magis aũt irracionabile uidetur dicere ipm esse interceptũ per detractionẽ ab ethere supiori. sicut anax. dicit corpus est quod natum est ferri sursum nõ fertur deorsum nisi per aliquã causam uiolentiam inferentẽ. ether aũt natus est ferri sursum ppter ꝙ nõ fertur deorsũ nisi per aliquã causam uiolentã. illa aũt nõ est celum ꝙ magis saluat & generat ipm quã propellat. ergo alia causa ẽ huiusmõi. oportuit ergo anax. dicere causam istam ppter quã ualet ether natus sursum ferri fertur deorsum ad nubẽ. ergo insufficiẽter dixit. Et pma oportuit ipm ppter quã causam ignis descẽdit aere existẽte nubiloso tm̃. & causat tonitruũ & corruscationẽ. & nõ continue qualicunq; existente dispositione aeris. cũ eadem ratio uideaẽ serenitate existẽte. enĩ nõ apparet fieri ignis. nec per cõsequẽs. & ideo uideẽ oĩno ꝙ dictum eius sit irracionabile & sine consideratione. Deinde cum dicit.

Similiter autem & dicere eam que a radiis caliditatẽ interceptã in nubibus esse horum causam nõ probabilem. Etenim iste sermo irracionabiliter dictus est ualde. segregatã enim necessariũ esse causam semper & determinatã:& que tonitrui:& q̃ corruscationis:& aliorũ talium & sic fieri. Hoc aũt differt plurimũ. Simile enim & utiq; si quis putat aquam & niuem & grandinẽ inexistẽtẽ prius posteri⁹ segregari:& nõ fieri:uelud bypotheca faciente semper cõcretione unũquodq; iporũ. eodẽ enĩ modo & illa cõcretiones & hoc disgregationes existimandũ esse. Quare si altera horũ nõ fiunt:sed sunt:de ambobus eadem congruet ratio.

Reprobat opiniõnẽ empe. principl'r. dico autẽ principl'r qa eedem rõnes põt adduci cõtra anax. & diuidiẽ in partes duas fm duas rõnes q̃s adducit ad oppositũ. secũda incipit ibi. Interceptionẽq;. in prima parte dicit ꝙ eodẽ modo dicere sicut dixit empe. ꝙ ignis interceptus nubib⁹ est causa istorũ nõ est pbabile. & etiã sermo iste est irracionabiliter idest sine fundamẽto. & sine inquisitione dictus. Si enĩ ignis sic intercept⁹ est causa tonitrui & corruscatiõis. tũc aliqd repositũ & pre existens in actu & cõtentũ in nube erit causa determinata iporũ per segregationẽ & aliorũ cõsimiliũ. hoc aũt multũ differt ab eo ꝙ dictũ est:& a ueritate eadem enĩ ratio est dicere hoc ꝙ pluuia nix & grãdo & cõsimilia generẽtur ex substãtia iporũ preexistente superius:puta nix ex niue preexistẽte. & grando ex grandine & similiter alia. & nõ fiunt qñ descendunt deorsum & cõprehenduntẽ a sensu. sed ex cõcretiõe substãtie iporũ ypotheca idest reposita superius. s. per segregationẽ ab existente. sicut enĩ grando & nix & pluuia:& huiusmõi generãẽ per cõgregationẽ a frigido. ita tonitruum & corruscatio & silia psegregationẽ a calido subtiliaute. & ideo si altera istorũ. puta tonitruũ & corruscatio & silia nõ sũt simul cũ apparẽt fieri. sed descẽdũt per separationẽ ab existẽte prius. sicut ponit pdicta oppinio. necesse est ꝙ alia scilicet pluuia nix & grãdo & silia non fiãt cũ apparẽt sed discendãt per segregationẽ a cõcretiõe iporũ pẽexistẽte superi⁹. eadẽ enim ratio est de utrisq; sed aquã grandinẽ & silia separi a supiori est ipossibile cum sint actu grauia. ergo & alterũ est ipossibile. deinde cũ dicit.

Interceptionẽq; aliqd utiq; magis alterũ dicet q̃squã queãdmodũ i spissiorib⁹. Etenĩ aqua a sole & ab igne fit calida. sed tamẽ cũ iterũ cõstet & infrigideẽ aq̃ coagulata: nullã accidit fieri talẽ excidẽtiã q̃lẽ illi dicũt. quã

uis oportebat ſecūdū ratione͞ magnitudinis feruore͞ facere ſpūm itus factum ab igne quā enī poſſibile inexſiſtere prius. Neq̧ illi ſonū feruore͞ faciunt ſed ſixim.

Ponit primo ſecūdā rōne͞. ſecūdo cum dicit. Eſt aūt ſixis. Exponit quodā dictum primo igiť dicit ꝙ adhuc aliquis dicet rationabiľr inceptione͞. i. calidum interceptū nubibus magis eſſe uel facere alterū quā ꝙ ipi dicunt queadmodū cōtingit declarare in corpibus ſpiſſioribus. Si enī ignis ī nube exiſtēs. nube paciente ab ipo cauſat tonitruū et corruſcatione͞: manifeſtū eſt ꝙ aqua calefacta a ſole uľ igne pacietur aliqd tale ab igne ſm ꝑportione͞. manēte enī eadem cauſa manebit idem effect⁹ ꝑporcionaliter uūc aūt non appatet uidemus enī ad ſenſum aquā calefactā ab igne q̄ tū poſtquā cōſtat & incipit infrigidari & reduci ad diſpoſitione͞ ſuā non accidit in ipa talis exiſtētia. i. tale accidēs q̄le ipi dnt. puta tonitruū uel corruſcatio. ergo nec in nube fiet ꝑpter huiuſmōi calidū interceptū. quāuis rationabile ſit ipm factū in aqua ab igne alterante q̄ nō pōt actu exiſtēte in ipa ꝑpter contrarietatē facere aliquā feruoris rebullitione͞. & ſonū aliquē conueniente͞ ſm rōne͞ magnitudinis ignis & aque & uictoriā ſuper ipam. ſed illi nō dicunt ſonum tonitruū eſſe ſm feruore͞. i. ſonū cōueniētē ebullitione͞. ſed ſixim. i. ſtridore͞ cauſatū ex extinctiōe ignis quare manifeſtū ꝙ interceptio ignis in nubibus ſicut poſſibile eſt intercipi ipm. ut ipi dicūt facit ad quā ſit illud ꝙ dicunt Deinde cum dicit.

Eſt aūt & ſixis parua bullitio. Qua enī quod extinguiť incidēs obtinuerit: hac bulliens facit ſonū.

Manifeſtat quid eſt ſixis. & eſt intelligēdum ꝙ differētia eſt inter ebulitionem & ſixim. qm̄ ebullitio cauſať in frigido humido a calido obtinente & in ſpūm reſoluēte. ſixis āt a frigido humido extinguēte calidū. unde ſixis ē extinctio calidi a frigido humido. uľ ſonus cōueniens ipm. Eſt aūt ī ſixi ebullitio. cum enī calidū patiť a frigido humido calidū extinguēte deuictū ſm totū: contingit tñ ꝙ aliquā ptē frigidi humidi uincens cōuertit eā in ſpūm faciēs ebullitione͞. ſixis aūt eſt talis ebullitio uel ſonus cōueniēs eā. & ideo dicit ꝙ ſixis eſt ebullitio parua. cū enī calidū quod extinguiť a frigido optinuerit ꝑ accidēs ſm aliquā ptem facit ipm ebullire ſm illā & cauſat ſonū quā diximus ſixim. Cōſequenter cum dicit.

Sunt aūt quidā qui corruſcatione͞ ſicut & didemus nō eſſe aiunt: ſed uideri aſſimilātes: tanquā paſſio ſimilis ſit: & quādo mare quis uirga percuſſerit: uideť enī aqua effulgens nocte: ſic in nube raptim moto humido apparentiā fulgoris eſſe corruſcationem.

Ponit ſecundā opinione͞ primo. ſecūdo cū dicit. Eſt qdem igť. iprobat eam primo igť dicit. ꝙ fuerūt qdam q dixerūt corruſcatione͞ non eſſe aliqd reale. ſed fantaſiā ſeu apparenciā quandā. ſicut dixit alleidim⁹. dicētes ſimiľr fieri paſſione͞ hāc. ſicut in mari cū aliqs ipm percuſſerit uirga uel aliquo huiuſmōi percuſſio enī mari & aqua eleuata apparet fulgor qdam in ipa: ſiľr qdem nube uelociter mota a uento uel aliquo huiuſmodi apparet fulgor qdam quē corruſcatione͞ dixerūt ex ꝑcuſſiōe nubis dixerunt cauſari tonitruū. Deinde cū. d.

Iſti quidem igiť nōdū conſueti erāt his que de refractione͞ opinionibus: quod quidem uideť cauſa talis paſſionis eſſe. Videť enim aqua fulgere ꝑcuſſa refracto ab ipa uiſu ad aliquid fulgidorū: ꝑpter quod & ſit magis hoc nocte. Die enī nō uideť: qa āpli⁹ lumen exiſtēs quid diei exterminat.

Improbat eā dicēs. ꝙ ſic dicētes hoc dixerūt primo ꝑ ignorantiā. nō enī inſtructi erāt in opinionib⁹ de refractiōe ignorātes naturā ipius q̄ uideť eſſe cauſa mutatiōis apparētis in aqua ꝑcuſſa. cū enī ꝑcutiť aqua & aliquaľr eleuať aliqua ps ei⁹. uiſus ab ipa refrāgiť ad aliquod corp⁹ fulgidū. in puncto āt refractiōis appet color īmixt⁹ ex colore corporis fulgidi & coloris aq̄. ſicut diceť

ĩferius.& iõ huiusmodi illustratio in aqua pcussa magis appet de nocte quã de die.qm̃ lumẽ diei maius exñs exterminat minorẽ illustrationẽ factam per refractionẽ.dixi aũt in aqua pcussa seu mota magis apparere de nocte quam de die dictã illustrationẽ.qm̃ de die in aq quiescẽte põt apparere p refractionẽ.sicut appebit cõsequẽter de halo & iride Cõsequẽter cũ dicit.

Que qdem igitur dicũtur ab aliis:& de tonitruo:& de corruscatione hec sũt.His qdem qa refractio corruscatio:his aũt qa ignis qdem perlustratio corruscatio:tonitruum aũt extinctio nõ intus facto secũdũ unãquãq; passionẽ igne:sed inexistente.

Recolligit dicta de tonitruo & corruscatione.& primo dicta secũdũ opinionẽ aliorũ.dicẽs ꝙ ea q̃ dicta sũt ab aliis de tonitruo & corruscatiõe sunt hec.qbusdã enĩ uidet̃ ꝙ sit illustratio aliqua sibi ei ꝙ ex refractiõe. Aliis aũt uidet̃ ꝙ corruscatio sit illustratio p̃existentis ignis in nube extrusi.tonitruũ aũt extinctio ignis in humido nubis.ac si ignis nõ fieret in nube semp qñq; fiunt huiusmõi passiões.sed p̃existeret ĩ actu Secundo cum dicit.

Nos aũt dicimus esse candẽ naturã super terrã quidẽ uentũ:in terra ãt terremotũ.in nubibus aũt tonitruũ. Oĩa enĩ esse;secundũ substãtiã idem exalationẽ siccã que fluẽs qdem qualiter uẽtus est:sic ãt facit terremot⁹ In nubib⁹ aũt disgretata cõuenientibus & cõgregatis ĩpis in aquã:tonitruaq; & corruscatiões.& cũ his alia nature eiusdẽ his existẽtia:& de tonitruo & corruscatiõe dictũ est.

Recolligit dicta ẽm opinionẽ suã dicẽs ꝙ nos dicim⁹ id ẽm rem & naturã est ꝙ sup terrã facit uentum.interius aũt in terrã terremotũ.in nubibus aũt supi⁹ tonitruũ & cõrruscationẽ & silia. & ꝙ oĩa ista sunt unũ ẽm substãtiã.s. exalatio sicca.q̃ quidẽ mota lateraliter circa terrã uentus est.ppulsa aũt infra terrã & angustiã passa monet ĩpam terrã. in nubibus aũt subtiliata & ppulso a frigido quod est in ĩpis.cũ aggregant̃ in aquã facit tonitrua & corruscatiões & alia huismodi q̃ sunt eisdẽ generis. Est aũt intelligendũ ꝙ sicut oia q̃ generãt̃ ex uapore humido p coagulationẽ a frigido sũt idẽ ẽm spẽm dr̃ia magis & minus & ẽm diuersas passiões uel paciẽdi modos.ita oia q̃ generant̃ ex sicca exalatiõe a calido inflamãte uel frigido repellẽte sũt idẽ ẽm spẽm.differũt ãt ẽm ꝙ diuersimode patiunt̃ a calido ẽm pl⁹ & min⁹ & ẽm diuersã repulsionẽ a frigido.de tonitruo qdem igr̃ & corruscatione in tm̃ determinatũ sit.

Explicit liber secũdus metheotũ Aristo.& incipit liber tertius.



E residuis ãt dicam⁹ opibus segregatiõis hui⁹ p̃ ĩducto iã mõ dicẽtes.

Postquã p̃ius determĩauit de tonitruo & corruscatione in fine p̃cedẽtis libri hic in principio istius tertii.intẽdit determĩare de aliis q̃ generant̃ ex eadẽ exalatione extrusa a nube.puta de nephia typhone & huiusmodi.Et circa hoc primo p̃mittit intentionẽ suã dicens.ꝙ postquam determinatũ est de tonitruo & corruscatione. Dicendũ est de residuis effectibus siue passionib⁹. puta de nephia et typhone intentiõe et fulgure prius accipiẽdo.s.pro principio duplicẽ exalationẽ fieri ex terra.unã humidã et alterã siccã.et hanc esse principiũ ĩporũ et ĩquirẽdo causam materialẽ.et unde principiũ motus et modũ generatiõis ĩporum. Cõsequẽter cum dicit.

Spũs enĩ hic segregatus per modica qdem & sparsim diffusus & sepe factus & perflans & subtiliorẽ partiũ existens tonitrua facit & corruscationes.Si aũt multus simul & spissior min⁹ aũt segreget̃ subtilis Et nephias uentus fit:propter quod & uiolẽtus. Celeritas enim segregationis facit ualitudinẽ.

Proseqtur et p̃mo determĩat de nephia secũdo cũ dicit.Qñ ãt segregat⁹.determinat de typhone siue de uẽto circl̃ari

Tertio cū dicit. cū aūt distractus. de intētione. qrto cū dicit. Qn̄ quidē igitur Dat causā cōtinuitatis ipiꝰ. circa pmū presopponendū est ꝙ uirtute caliditatis solis & aliorū astrorū eleuaᵳ doplex exalatio simul ad locū superiorē. q̄dam humida. quedā aūt sicca. & agregatū ex istis ueniens ad locū frigidū cōgregaᵳ in nubē ita ot nubes multā in se continant exalaticnē. siccā que ppulsa ab ea causa est nephie. & olum consiliū. dicit ergo ꝙ spūs. hoc est exalatio sicca subtiliores habēs ptes & frigido nubes segregatus pet modicas partes & dispersus. & multa loca influens. ex ipa nube sepe. & ppter interpolatiōes est principiū tonitrui & corruscatiōis. sicut dictum est priꝰ. tonitrui quidē ppter offēsionē ad latera nubis. corruicatiōis aūt ppter ignitiouē eius per motū uiolentum. s. aūt huiosmodi exalatio spissior idest minus subtilis segregeᵳ multa simul nō per intetpollationē & feraᵳ deursum oiolēter fit etnephias. q est spūs floens ex uube deorsum fm rectū uiolentū ppter uelocem segregationē propter hoc autē ꝙ spissior & multa simul ppellitot uiolēter moueᵳ. multa enī et simul nō ppellitur uisi a magnitudine frigidi. ꝙ aūt a magno frigido ppelliᵳ celetiter mouetur celetiter autē motū fortiter & uiolēter moueᵳ. Consequēter cum dicit.

Quandoquidē igitur assequaᵳ multa & continua segregatio: eodem fit modo: quēadmodū cū iterū in cōtrarium moueat. Tunc enim pluuia & aque fit multitudo: existunt qdē igᵳ ambo hec potētia secundū materiā. Cū aūt principiū factū fuerit potentia cuiusennq;: cōsequiᵳ concretum ex materia. Cuiuscūq; āt fuerit multitudo inexistens amplior: ampliꝰ & fit hoc quidē imber: hoc aūt alteriꝰ exalationis etnephias.

Dat causam cōtinuitatis & magnitudinis eiꝰ. et est intelligendū. ꝙ cū duplex exalatio eleueᵳ simul supius & a frigido coagalaᵳ in nubē. ppter habūdantiā humide. utraq; frigida & humida remanent quodāmō oirtute in nube & cum altera icipiat segregari ex aliqoa caosa gdgd est eiusdē nature cum natura ipa assegt iā ipm quo supposito dicit ꝙ qn̄ cōsegregari icipit alia pars exalationis sicce et cōsegtur ipm multa et cōtinua segregatio eiusdē exalationis fit fortis & cōtinuus etnephias: sicut ecōtrariu eā incipit nubes i cōtrariū pmutari. s. in aquā puta pet segregationē exalationis humide fit pluuia fottis et multa. ambo enī. s. sunt spūs et aqua in uirtute in nube quātū ad principiū materiale iporū. et utrūq; cōtingit ex ipo resolui. cū igᵳ principiū effluendi assumpserit alterutrū istorum q̄ sunt in uirtute in ipa nube torū quod est existeus eiusdem nature. et in ipm natū cōuerti cōsequitur ipm ppter similitudinē nature et motus. ita ꝙ si exalatio sicca incipiat segregati cōsequitor ipm totū residuum exalationis contentū in nube uel simul uel interpolatim. Si autē homida cōsegtur ipm residuū humide et illa que magis existet in uirtute in predicta nube. sub maiori quātitate segregabitur. ita ꝙ si plus ibi fuerit de humida. plus segregabitur de ipa et fiet multus imber et fotris Si uero plus desicca ampliꝰ segregabitut de ea et erit principium spūs qui dicitur etnephias multus et cōtinuus. etnephiam enī dicimꝰ spūm cōtinuū et multū fluētē ex nube cū uiolentia. Cōsequēter com dicit.

Quando autem segregatus spūs qui in nube aliquādo contra percusserit sicut quādo ex amplo in angustum inferatur uentus in portis aut uiis. Accidit enim sepe in talibus repulsa prima parte fluentis corporis ppter nō succedere: aut propter arctitudinem aut ppter repercutere circulū & reuolutionē fieri spūs. Hoc qdem enī in anterius phibet pcedere: hoc aūt posteriꝰ ipellit. Quare cōpelliᵳ i latꝰ qua nō phibet ferri: & sic semp habitū donec utiq; unū fiat: hoc aūt est circulꝰ. Cuiꝰ enī una latio figure hoc necesse circulū esse. Sup trā igᵳ

propter hoc fiunt reuolutiões & in nubibus similiter secũdũ pricipiũ.

Determinat de typhone. & pricipio & modo & causa generatiõis ipius. secundo cũ dicit. Borealibus aũt. de tpe & loco generatiõis ipi⁹. tertio cũ dicit. Fit quidẽ igr. de quodã effectu ipius: circa primũ primo declarat causã & modum generatiõis eius i generali secũdo cũ dicit. Verũtũ qa sicut. cõparat typhonẽ ad etnephiã. tertio cũ dicit. Vocat aũt. qũo pprie uocat typho. circa primũ intelligendũ est ꝙ idẽ spũs ẽm substãtiã ppulsus ex nube est etnephias & typhon. sed differt ẽm figurã mot⁹. etnephias ẽm rectã fertur deorsum. typhon ãt circũdãdo. dicit ergo ꝙ cũ spũs ĩclusus in nube a frigiditate ipius segregatus offendet ad aliquã ptem solidã nubis. & repercuciet ab ipa uel ab aliquo huiusmõi. ita ut ex amplo ferat in angustũ modicũ hñs exitum sit spũs quia dicit uentus in portis & uiis. cõtingit enĩ uentũ circularẽ & etiã reuolutiõis fieri sepe qñ prima pars exalationis segregata ex nube obuius alicui solido repercuciẽt ipam. aut non cedent ei ex motu suo. aut cum ex lato ppellit in angustũ & inuenit strictũ exitũ. tunc enĩ repercuciens aut sedens aut strictũ exitum prebẽs phibet ipm pcedere recte in anterius. ptes aũt exalatiõis sequentes cõpellunt ipm moueri nõ permittẽtes refrangi ẽm angulũ rectum. & idẽ mouetur ad latus ubi nõ inuenit prohibens igr autẽ principiũ mouet sic & partes exalatiõis sequẽtes reflectendo quousq principiũ exalatiõis mote coniungitur alicui eorum que posteri⁹ ferebãt circuudado. & sic fiat circul⁹. circulus enim est cuius motus est unus. eo ꝙ cõtinuus & in cõtinuus ẽm ergo habent modum fiunt reuolutiões sup terram & in nubibus quibus principium habent. Deinde cum dicit.

Verũtamẽ quia sicut quando Etnephias factus fuerit: semper nubes segregatur: & fit continuus uentus: & sic hic semper cõtinuũ assequit nubes: propter spissitudinẽ aũt non potens segregari spũs ex nube. Vertit autẽ circulo quod primo propter dictam causam.

Cõparat ipm & nephiam primo secundo cũ dicit: Deorsum autẽ. determinat de motu eius. in prima pte dicit. ꝙ quãuis sic fiat uentus circularis per segregationẽ spũs ẽm modum dictum. uerũtamẽ sicut cõtingit qñ generat etnephias. ꝙ semper nubes ex qua generatur & exterminat per segregationẽ exalationis cõtinue & fit uentus cõtinuus fluens deorsum. ita cũ generat typhon & ppellit deorsum assequtur ipm alia pars nubis in qua generatur continuata ei. spũs enĩ qa fertur circulariter propter causam dictam prius per uiolentiã nõ potest segregari a nube ppter spissitudinẽ eius. uelocius fertur enĩ ẽm circulum quã nubes nata sit ex ipõ moueri. ppter ꝙ nõ separatur ab ea. & ideo generato typhone segregat nubes. sicut & genere etnephia. Deinde cum dicit.

Deorsum aũt fertur: quia semp nubes inspissatur: qua excidit calidũ.

Determinet de motu eius dicens ꝙ typhon generatus superius fertur deorsum sicut etnephias. qa fertur in cõtrarium eius a quo repellit. repellitur aũt a parte nubis magis frigida & spissiori existẽte. nubes aũt frigidior & spissior est a parte superiori ubi deficit uirtus generatiua calidi sicut supositũ est prius qa ab ipa a superiori ppellitur deorsum. Deinde cum dicit.

Vocatur autẽ & si incolorata fuerit hec passio. typhon uetus existẽs uelud etnephias indigestus.

Declarat qũ proprie talis spũs dicitur typhon dicens ꝙ si huiusmodi uentus ẽm circulum latus deorsum nõ fuerit coloratus. quia nec ignitus a calido uocatur proprie typhon & est. q. etnephias indigestus tamẽ quia nõ potest separari oĩno a nube. sed semper trahit aliquam partem eius. & ita nõ digestus ẽ ut oĩno separetur a contrario. tũc quia nõ habet tm̃ ignem ut igniatur & coloretur. calida enim digna dicimus. qño autẽ coloratur propter ignitionem potest dici ẽm ꝙ huiusmodi incensio. Cõsequenter cum dicit.

Borealibus aũt nõ fit tiphon neq; niuosᷓe habentibus etnephias: propter ea ꝙ omnia hec spũs sunt: spũs autẽ sicca & calida fit exalatio. Gelu igiť & frig⁹ propter obtinere extinguit mox factum adhuc pricipiũ. Quod aũt obtinet palam. Neq; enim utiq; esset niuositas neq; borealia humida Hoc enĩ accidet esse obtinente frigiditate.

Determinat de tpe & loco generatiõis eius dicens. ꝙ tiphon nõ generať in locis uel tpibus borealibus. i. in frigidis excellenter. nec etiã in tpibus uľ locis niuosis filť autem nec & nephias. qm̃ oĩa huiusmodi sũt spũs. qdã spũs autẽ est exalatio calida sicca que a frigido excellenti & gelu & niue obtẽta extinguiť. et phibeť segregare sursum. ꝙ aũt frigidum excellẽs obtineat exalationẽ extinguẽdo apparet. qa aliter nõ esset habundautia niuium in locis frigidis eum enĩ sint cõtrarie exalationi. nec etiã loca borealia essẽt humida. i. caliginosa. huiusmodi enĩ nõ generanť nisi a frigido obtinẽte sup calido. Est aũt intelligendũ ꝙ ꝑpter candẽ causam in regionibus borealibus raro aut nũquã fit tonitruus. aut etiã terre motus et ꝙ etiã rariora et tenuiora sũt quecunq; generanť ex calida exalatiõe in illis regionibus. Deinde cum dicit.

Fit quidem igitur typhon quando etnephias factus nõ possit segregari a nube. Est aũt propter: repulsionem gyrationis. cum ad terram delata fuerit reuolutio simul deducens nubẽ nõ potens absolui. Quia aũt secundũ directum efflat hac spũ mouet: & circulari motu uertit: & sursũ fert: cuicunq; inciderit uim inferens.

Determinat de effectu uenti circularis dicens ꝙ sic quidem fit uentus circularis qñ etnephias. i. uẽtus flans ex nube segregari & propelliť ad terrã a frigido repellẽte. cõtingit ãt ꝙ cũ huiusmodi spũs circulariter lateis nõ potens separari ab aliqua parte nubis eam secũ ducens repelliť totum in simul a frigiditate nubis ad terram. & partẽ illam terre cui incidit mouet uirtute spũs. & uertit ea que in ea sunt ẜm circulum et fert ea sursum circulariter inferendo uim. unde contingit ꝙ aliqñ incidens mari eleuat multitudinẽ aque. et ꝓicit eam in remotũ. aliqñ aũt incidit nauis & eleuat eam circulando. aliqñ etiã ex terra eleuat lapides et alia grauia. et aliquãdo etiã animalia eleuara sursũ ẜm circuitũ. Iterũ deorsũ feruntur exsiccata magis ꝑpter caliditatẽ spũs. Cõsequenter cum dicit.

Cum autẽ detractus igniatur. Hoc aũt est eum subtilior spũs factus fuerit: uocatur incẽsio. Coincendit enĩ aerem ignitione colorans.

Determinat de incensione dicens ꝙ cũ spũs subtilior segregatus fuerit ex nube. ita ꝙ igniatur ꝑprer subtilitatem et motum a calido. fit passio que uocatur incensio. huius enĩ spũs repulsus a nube. et incensus colorat aerem cõiunctũ ei aliter igniendo ipm.



SI aũt in ipa nube multus & subtilis extrudiť spũs hoc fit fulmen. Siquidẽ ualde subtilis nõ adurẽs propter subtilitatem: quem poete argeta uocãt. Si aũt minus adures quẽ spoloẽta uocant.

Postquã determinauit philosophus de etnephia tiphone et incensione. nunc determinauit de ipo et effectu eius. Secundo cum dicit. Semper enim putare oporter de quodam accidẽte ipius. tertio cum dicit. de tonitruo aũt. cõparat ipm ad tonitruum. circa primũ primo facit ꝙ dictum est. Secundo cum dicit. Quate et ꝙ spũs. Manifestat quoddam suppositum. s. ꝙ fulmen sit spirtus. circa primũ primo tangit causam et modum generationis fulminis idistinguẽdo eam in duo. secũdo cũ dicit. Hi qdẽ enĩ. manifestat efficaciã utriusq;: circa primum est intelligendum ꝙ fulmen

differt ab etnephia typhune & incensione in subtilitate spirit⁹. a tunitruo in multitudine. habet enī fulmē multitudinē spūs subtilis. dicit ergu ꝙ si spūs subtilis ſm substātiā & multus in quātitate extrudat a frigido quud est ī ipa nube uiolēter inferius generat fulmē quod penetrat & adurit ut frequenter illud cui incidit. sed differētia q̄dā est si enī fuerit spūs subtilis ualde magis quā calidus in actu simpl'r & respectu materie subiecte ita ꝙ penetret illud cui īcidit sed nō adurat falsum est. q̄m poete cōsueuerūt uocare argetes. si aūt fuerit minus subtilis. & per cūsequēs tardius penetrans. & maiurē murā faciendo est fulmen quem uucāt psoluenta Deinde cum dicit.

Hic quidē aūt ꝑpter subtilitatē fertut: ꝑpter uelucitatē aūt ꝑuenit pertransiens: antequā igniatur. & morā faciens denigret. Hic aūt tardior colorauit quidem: exussit autē non: sed preuenit.

Manifestat efficaciā siue uirtutē utriusꝙ primo. secūdo cū dicit. Prupter quod & resistētiā. Cōcludit cutrelariū ad declarationē dictorū. In prima pte ptimu declarat efficaciā pmi. Secūdu cū dicit. Hic aūt tatdiur ſm. Circa primū est intelligēdū ꝙ spūs subtilis ex hoc ꝙ spūs est uirtutē habet igniendi & exsicandi spūs eui ſm ꝙ spūs est exalatio calida sicca. calidi autē & sicci est exsiccare & ignire. ptupter ꝙ spūs subtilis ex huc ꝙ spūs est habet uirtutē igniendi & exsiccandi sed diuersimode. ſm ꝙ plus & minus calidus est. ex eu autem ꝙ subtilis est. uirtutē habet penetrandi subtile euim ſm ꝙ huiusmodi reducit ad humidum. humidū autē maie terminabile terminu pruprio & bene termino alieno penetratiuū est quia spūs subtilis ex hoc ꝙ subtilis est penetratiuus ē signi cūmune spirit⁹ magis fuerit quā calidus uel simpliciter uel iden materie penetrabit magis quā aduret: si aūt ecuntrario magis aduret quā penetrabit. Dicit ergo ꝙ hoc uucant argeta ꝑpter maiurem subtilitatem spūs fertur uelucius inferius. cum extruditur a frigidu propter uelocitatē autē motus penetrat pertransseundu antequā ignita calefaciendo sicut eiuī minute tpe penetret illud eui incidit propter subtilitatem quā natum sit ignite penetrabit nō ignieudu. & antequā muram faciens cōburat. cōtingit enim ꝙ per moram quā facit in penetrandu cōburat qa ampliori tpe agit. Ex huc āt reddit causa eius ꝙ narrat Seneca. s. fulmē incidisse. quem dolio repletu uinu. & cōstegisse uas prohibendu latera eius ad terram. & uinum resedisse ad tempus mudicum. quia nū uirtus penetratiua fulminis per quā confregit uas multo maiur fuit qut uirtus uini per quā natum est effundi deorsum. ideu in minori tpe pruiecit latera uasis frangendo quā uinum natum esset mu̇ueri deorsū in tantu quā uirtus fractiua laterū uasis excedit grauitatem uini. prupter ꝙ confractu uase putest stare uinum ſm modicum tempus. maxime si fuit uiscosum & grussum. facilius enim penetrabit fulgus dulium propter porositatē lingni frangendu quam uinum in quu inueniūtur pori. & ꝙ forte uiscositatē aliquam habuit. Deinde cum dicit.

Hoc autē. Manifestat effectum secundi dicens. ꝙ illud qđ uucant psoluneta qa spiritū minus subtilem habet tardius mouetur. tardius autē motum maiorē muram facit in penetrando. maiurē aūe moram faciēs aliter igniens cuiurat qa pluri tēpore agit: nō comburit aūt quia maiur uirtus. uel amplius tempus requiritur ad combustiunē quam ad colorationem. huiusmudi autem fulmen & si aliquam moram faciat in penetrādo. nō tamen tantam quantam exigit cumbustiu. Deinde cum dicit.

Propter quod & resistentia quidem patiuntur aliquid: que autem non: nihil. Iuxta quod clypei iam etamen liquefactum fuit: lignum autem nihil passum fuit: propter raritatem enim preuenit spiritus penetrans & pertransiens. E per uestimenta similiter non combussit: sed uelud attritionem fecit.

Concludit cortelariũ ad euidenciã dictorũ dicens ꝙ ꝑpter hoc ꝙ spũs morã faciens collorat contingit ꝙ resistencia corpa spirituũ magis paciũt a fulgure quã nõ resistẽcia ꝑpter duo. Primo quidem quia in resistẽcia agit in tpe. & iõ forciꝰ. Secũdo qa ubi resistit spũi multiplicat ꝑpter aduẽtũ superueniẽs. unde cõtingit aliqñ ꝙ a lumine eree infixe clipeo ligneo liquefacte fueruut propter resistenciã nõ prebẽtes ad dictum spiritui ꝑpter maiorẽ cõtinuitatẽ. lignum aũt nihil passum fuit. qa propter raritatẽ eius prebet addictũ spiritui q per poros penetrans uelocius pertransibit quam possit ipm exurere cõtingit etiã qñq ꝙ incidens homini uestimẽta eius proptet porositatẽ penetrãs nõ cõbuit. sed aliqualitet accidit in frustra. hoiem aũt interficit proptet ampliorẽ resistenciã. Cõsequẽter cumdicit.

Quare & hec oĩa ꝙ spũs palam & ex talibus. Est aũt aliquãdo & oculis uidere: uelud & nunc accidit circa templum in ephESo combustũ: ad multas partes enim flãma ferebatur continua disrepta seorsum. Quod quidem enim fumꝰ spũs: & ardet fumꝰ manifestũ est: & dictum est prius in alteris. Cum aũt simul multus cedat tunc manifeste uidetur spiritus esse Quod quidem igitur in paruis ignitionibus uidetur hoc: & tunc multa materia fiebat multo fortius: ruptis igitur lignis unde principiũ spiritꝰ erat multus secedebat simul qua efflabat: & ferebat sursum igitus: ut uidebat flãma ferri: & iuadere domos.

Manifestat ꝙ fulmen fit spũs. dicens ꝙ ex his que dicta sũt manifestũ est ꝙ fulmen ẽ spũs & nõ lapis. uel solidum aliquid. sicut multi credunt propter hoc ꝙ qñq fulmẽ uel sursũ fertur lapis: uel aliquid deorsum solidũ uiolenter: que uel sunt generata in nube. uel eleuata ꝑpter uentũ circularẽ ꝙ etiã conuenit declarare ex his que ad occultum apparent. sicut tpe suo dicit cõtigisse in tẽplo cõbusto in ephESo. resoluto enĩ spũ multo ex lignis & in flãmas conuersio: multe partes flãme ferebant sursũ cum uioiẽcia ꝙ enĩ spũs sit fumus quidam & fumus passus ab igne iflamet manifestum est. & dictum est prius in primo huius. & libro de generatiõe. & cum multu eleuat fumus ex aliquo: tũc manifeste apparet esse spũs: ubi aũt paucꝰ non est ita manifestũ ꝙ igit fit in puis corporibꝰ ignitis ꝙ. s. fumus resolutus iuflamat ab igne. hoc multo forcius accidit tunc in cõbustione tẽpli predicti ꝑpter multitudinẽ materie. lignis enĩ accensis & resoluto spũ interius rũpente ligna per exitum suũ separabat multitudo eius ad partem ad quã effluebat & ferebat sursum uiolentet ignitus ab igne & motu propter ꝙ uidebat flãma ferri uiolentet. equali inuadere domos ꝑporcio ualiter aũt est intelligendũ ꝙ cõtingit ex nube propelli spũm subtilẽ inferius uiolẽter. Cõsequẽter cũ dicit.

Semper enĩ putare oportet assequi fulminibus spũs & ꝑcedere: sed non uidẽtur: qa sine colore sunt: propter quod & que debet percutere: mouet priusqnã percuciat: tanqnã prius incidente principio spũs.

Reddit causam cuiusdã accidẽtis circa fulmen dicens. ꝙ opprtet opinari ꝙ aliquis motus spũs precedit & seqt utrũ fulminis. nõ uidetur rũt quia nõ ẽ collotatus ꝑpter subtilitatẽ. & nihil uidetur nisi colorẽ habẽs fm ꝙ huiusmodi ꝑpter cõtingit ꝙ corpa quibus incidit fulmen antequã ꝑcuciant mouẽtur. qa morꝰ spũs ꝑcedẽs mouet ea. Consequẽter cum dicit.

Et tonitrua aũt diuidũt nõ sono: sed qa simul segregat: ꝙ plagã fecit & sonũ spũs: qa si percusserit diuidit: exurit aũt nõ.

Cõparat fulmẽ ad tonitruũ dicẽs ꝙ in tonitruo qñq diuidũt corpa non qdẽ a sono qui qualitas qdã est. sed a spũ qui segregatur ex nube simul. ex cuiꝰ percussiõe causatur sonus tonitrui. huiusmodi aũt spũs incidẽs alicui corpi. percuciendo plerũq diuidit. nõ aũt exurit hoc enĩ dicimꝰ fulgur. cõsequẽt cum. d.

De tonitruo quidẽ igr̃ & corruscatione & etnephia:adhuc aũt de incendentib⁹ & typhonibus & fulminib⁹ dictũ est:& ꝙ idẽ omnia & que differentia oĩum ipoꝝ.

Recapitulat dicens. ꝙ sic igr̃ determiatum ẽ a nobis. de tonitruo & corruscatione. & de etnephia. iterũ de typhonibus & incẽsionibus. & fulminibus qd est unũquodq; ipoꝝ ſm substãtiã. qm̃ spũs qdẽ & q̃ & quomõ adinuicẽ differunt. qm̃ ſm magis & minus subtile & alia circa accidenria cõueniẽtia.

De halo autẽ & iride quid utrũq;:& ꝓpter quã causam sit dicamus:& de pareliis & uirgis. Etenĩ oĩa hec fiunt ꝓpter easdem causam inuicem. Primo aũt oportet accipere passiones & accidentia circa unũquodq; ipoꝝ.

Postquã pḣus determinauit de his qoe generãtur ex segregatiõe & aqua p motom & alterarionẽ:nũc intendit determinate de his q̃ fionr per rarefactionẽ luminis a segregatiõe homida cõstãte supius. puta de halo & iride & aliis hoiusmodi & circa hoc primo ꝑmittit intenrũ & modũ ꝓcedendi. Secũdo cũ dicit. Ipsius quidem igr̃ halo. Prosequir̃ in prima parte dicit. ꝙ cum determinatũ sit de his que generãr̃ ex uapore humido per alterarionẽ uel motũ. Dicendũ est de his que fiunt per rarefactionẽ ab eodem uapore humido cõsistente superius in nubẽ uel caligine. puta de halo & iride & uirgis & pareliis. cõsiderando quid est unũquodq; ipoꝝ ſm substãtiam. & ꝓprer quã causam fiunt. Simol aũt dicemus. de hiis qm̃ ꝓpter easdem causas generanr̃ oĩa aur ꝓporcionales sicut apparebit cõsequẽter. prius aurẽ enumeremus accidentia principalia. & magis manifesta circa onũquodq; istorum. Secũdo cõsideremus quid sũt ſm rationẽ & ꝓpter quã causam fiunt. Deinde cum dicit.

Ipsius quiden igir̃ halo apparet sepe circul⁹ totus:& fit circa solem & lunam:& circa splendẽtia ipoꝝ astrorum. Adhuc aũt nihil minus nocte qũã die:& meridie quã sero. Diluculo aũt minus & circa occasum.

Prosequir̃ inrentũ & ſm ꝙ promisit accidẽtia circa ipa. Secũdo cũ dicit. Causa aũt hotũ oĩum ꝓsequir̃ de ipis. circa primũ primo enumerar accidẽtia circa halo. Secũdo cũ dicit. Iridis aũt. accidẽtia circa iridem. Tertio cũ dicit parelii ãt. circa uirgas & phelias. in prima parte dicit. ꝙ de halo est intelligendũ. ꝙ sepe apparet ſm circulũ ꝑfectũ. dicir aũt sepe. qa qñq; cõtingẽter ꝓpter interruptionẽ caliginis. aqua fit refractio ĩrerrũpitur circul= fit & circa solem & circa lunam. & circa astra lumen multum habẽtia. apparet ãt nõ minus de nocte circa lunã & stellas. quã de die circa solem & in meridie. & secũdo indifferenter in mane aũt. & circa ocasum minus occasum aũt uider̃ dicere hic non ipm sero qm̃ sibi cõtradiceret:sed declinationẽ solis a meridie. tunc enĩ ꝓprer moram solis feruẽtior est calor. Cõsequẽter com dicit.

Iridis aũt nũquam fit circulus: neq; maior semicirculo decisio. Et occũbente qdem & oriente minoris qdẽ circuli maxima aũt portio. Eleuato aũt magis circuli qdem maioris minor aũt portio.

Narrat accidentia circa iridẽ & primo quãtũ ad figuratiooẽ. Secũdo cũ dicit. Et post autũpnale. quãtũ ad rẽp⁹ apperitionis. terrio cũ dicir. Nec duab⁹ plures quãrũ ad colores. In prima pte dicit ꝙ iris nũquã appet ſm circulũ ꝑfectum nec appet ĩ mari portiõe circoli decisi p diametrũ. adhuc sole oriẽte & occidẽte appet sub figura semicirculi cõpleta minoris tñ circuli. s. sub maiori ꝓportione sub q̃ cõtingit eã appere. cũ ãt sol eleuar̃ sup orizontẽ appet minor ꝓportio ĩ semicirculo maioris tñ circuli. Deinde cum dicit.

Et post autũpnale qdem equinoctiũ in breuioribus dieb⁹ oĩ hora fit diei In estiuis aũt nõ fit circa meridiẽ.

Enumerat accidẽtia ei⁹ quã ad tp̃s ap-

paritionis dicens ꝙ iris ꝙ post equinoctium autũnale breuioribus existentibus diebus põt apparere q̃libet hora diei eo ꝙ sol nõ multũ eleuat̃ sup orizontẽ in estate aũt sole existẽte circa tropicũ nõ fit in meridie maxime in regionib⁹ in q̃bus sol multũ accedit ad cenith capitũ tũc enĩ basis pyramidis sub qua uidetur iris sic directe iacet sup terram: aut modica portio eius super eam. Deinde cum dicit.

Neq̧ duab⁹ plures irides non fiũt simul. Harũ autẽ tricolor qdẽ utraq̧: & colores eosdẽ & equales secũdũ numerũ hñt inuicẽ. Obscuriores autẽ ei⁹ q̃ extra & cõtrario positos secundũ positionẽ. Que qdẽ enĩ intra primã habet peripheriã q̃ maxima puniceam. Que aũt exterius minimã quidem ꝑpinquissime aũt ad hanc & alias ꝑporcionaliter. Sũt aũt colores hi quos solos sqdem fere nõ possunt facere pictores. Quosdã enĩ ipi miscẽt punice⁹ aũt & uiridis & alurgos nõ fit mixtus. Iris autẽ hos habet colores. Qui aũt inter puniceũ & uiridẽ apparet sepe xanchos.

Enumerat accidẽtia eius quãtũ ad colores dicens. ꝙ adhuc due apparẽt ut frequẽtius yrides plꝰes aũt duabus nõ nisi raro. quarũ altera cõtinet alterã. & qlibet iparũ tres hẽt colores principales eiusdẽ ẜm spẽm & ẜm numerũ equales sed obscuriores & minus apparẽtes ei⁹ q̃ est extra & cõtinet aliã quã eius que est interius & cõtinet̃ ab ea. & sũt positi quodãmõ cõtrario. Interior enĩ iris & q̃ cõtinetur hẽt in maxima & exteriori pẽferia colorẽ puniceũ. in media ãt praxiuũ. in minori aũt alurgũ. maior aũt & exteriori in minori pẽferia puniceũ & alios ꝑporcionalr̃ in media qdẽ praxiuũ. in suprema aũt alurgũ. isti aũt sunt colores quos non pñt pictores ẜm ueritatẽ facere per cõmixtionẽ enĩ corporũ colloratorũ colorib⁹ extremis cõficiũt quosdã colores medios. punice⁹ aũt praxiuus & alurgus q sunt colores principales iridis nõ pñt per cõmixtionem uere fieri. qa nõ sicut ueri colores sed ẜm appẽtiã tm̃. sicut dicet̃ cõsequẽter. color autẽ q apparet inter puniceũ & uiridẽ interdũ appellat̃ xantos q causatur ꝑpter inuicẽ positionẽ punicei & uiridis. Cõsequẽter cum dicit.

Parelii aũt & uirge fiunt ex latere sẽper: & neq̧ desup: neq̧ ad terrã: neq̧ ex oposito: neq̧ etiã nocte: sed semp circa solẽ. Adhuc aũt dũ ascendit aut descẽdit semp secũdũ plurima autẽ ad occidentẽ. In medio aũt celi raro ut in bossoro aliqñ accidit. Per totã enĩ diem simul orientes duo parelii permanserunt usq̧ ad occasum. Que quidẽ igit̃ circa unũquodq̧ ipsorum accidunt: hec sunt.

Enumerat accidencia circa uirgas. & ꝑhelias. dicens ꝙ uirge & ꝑhelii circa solem apparẽt tm̃. & ideo nõ fiunt de nocte sole existẽte sub emisperio. & apparent qñ cõtingit eos apparere semp ex latere solis. s. ex parte setẽptrionis uł meridiei. nec super ipm̃. qm̃ corpus quod est supra ipm̃ impossibile est. nec directe subtus solem. inter terrã & ipm̃. nec ex opposito puta in oriẽte unde mouetur nec ad occidentẽ ad quẽ fertur. iterum apparẽt sole ascẽdẽte ab oriente. & descẽdẽte ad occidentẽ. raro aũt ipo existẽte in meridie. sicut accidit aliqñ circa bolforũ quod ẽ mare diuidẽs asiam ab europa in quo apparuerint duo ꝑhelii ex duobus lateribus solis ab ortu eius usq̧ ad ocasum ipsius per totã diẽ. in regionibus aũt remotis ab ea nõ apparuerunt nõ ꝑpter hoc ꝙ sol apparet circa bolforũ. & in regionibus remotis non appareret. sed qm̃ refractio radiorũ solis ab exalatiõe cõsistente circa regionẽ illam. nõ ad eos qui erãt in remotis regionibus. ad determinatũ enĩ situm. et determinatã distantiã fit oĩs refractio accidẽtia igr̃ manifesta circa unũquodq̧ istorũ sunt hec que dicta sunt. Cõsequenter cum dicit.

Causa aũt horũ oĩum eadem: oĩa enĩ hec refractio sunt. Differũt aũt modis & a quib⁹ & qũo accidit fieri re-

fractionē ad solē: aut aliud aliquid fulgidorum.

Enumeratis accidentibus circa halo & iridē & uirgas & perhelias determinat de ipsis & primo tangit causam & principiū istorū in cōmuni. secūdo cū dicit Quod qdem igr̃ uisus. inquirit de ipsis in spāli magis. circa primū primo facit ꝙ dictū est. secūdo cū dicit. Et per diē qdem iris fit. Regreditur ad enumerādū quedā alia accidētia circa iridē. in prima pte dicit. causa & principiū oīum p̄dictorū est una & eadem sm̄ substātiā. oīa eni ista sm̄ substātiā sunt refractio nō quidē formaliter. sed causaliter magis. oīa eni causāt ex refractiōe aliqua. sed differūt ad inuicē sm̄ modus diuersos refractiōis. est eni unus modus refractionis luminis ab obiecto corpe ad eandē superficiem. puta cū corpus obiectum phibet alteratione luminis sm̄ rectum. sed aliquo modo uariat ppter diuersitatē dispositiōis eius sm̄ magis & minus diafanū sicut accidit in halo. & etiā differūt sm̄ diuersitatē corū a quibus fit refractio. aliqñ eni fit refractio a caligine cōuersa in aquā sicut i iride. aliquādo aūt a caligine cōsistēte tm̄. sicut i aliis. differūt etiā tertio penes diuersitatē corū ad que fit refractio. qñq eni fit ad solem. qñq ad lunā. qñq ad aliquod aliorū astrorū fulgidorū. Cōsequēter cum dicit.

Et per diē quidē iris fit. Nocte autē a luna. ut qdam antiqui putant: non fiebat. Hoc aūt patiebant ppter raritatē. Latebat eni ipos: fit tamē raro aūt fit. Causa aūt & ꝙ in tenebris latēt colores & alia mlta oportet cōcidere. & oīa hēc in die una mensis. In plenilunio. eni fieri necesse: si debeat fore. & tunc aut oriēte aut occūbēte. propter quod quidem in annis quinquaginta bis cōperimus solū.

Regredit ad enumerandū quedam alia accidētia iridis: & huc esse trāsposita ppter aliquod accidēs. dicit igit ꝙ iris de die quidem appet per refractionē radiorū solis a nube frigida sibi opposita de nocte aūt dixerūt quidā ipam nō apparere per refractionē luminis lune. hoc aūt oppinabant qa cōtingit raro ipam fieri ppter ꝙ latebat ipos. causa aūt ppter quā raro contingat eam appere est qa colores eius tenues extractos obfuscant de nocte ppter obscuritatē noctis & fiunt minus manifesti: & alia multa appet cōcurrere ad appitionē ei⁹ i una die mēsis tm̄ luna eni existēte plena & in oriente. aut in occidente nube eōdē sa existente in oppositionū. necesse ē eā appere si debeat appere. hic autē simul raro cōtingunt. signū aūt rate appitionis eius esse dicit. qa in qnqginta ānis nō pcipis eam fieri nisi bis. Est aūt aduertendū ad euidētiā dicti ꝙ iris ē fantasia quedā colorū sm̄ aliquā portionē circuli causata ex refractiōe luminis solis. aut lune ex nube opposita. de nocte aūt colores min⁹ sunt sensibiles ppter obscuritatē. ppter quod oportet fantasiam illam colorū fortem esse si debeat appere. hoc aūt nō cōtingit nisi sm̄ fortitudinē & multitudinem refractionis fortitudo autem refractiōis est ex multitudine luminis quod refrāgitur maiorem aūt multitudinē luminis habet luna in plenilunio qm̄ totū illuminat. multitudo aūt refractionis luminis accendit sm̄ quātitatē eius a quo refrangitur sensibiliter. maior aūt quantitas a qua cōtingit ipm refrangi ē quātitas semicirculi a qua nō refrangit nisi ipa existente in oriente aut occidēte. sicut cōmuniter demōstrabit & hoc nube existēte i opposito. qa si sēsibilr̃ iris debeat appere de nocte a luna oportet ipam esse plenā lumine. & in oriēte uel occidente nube cōsistēte in opposito. ꝙ nō potest cōtingere nisi in una die mensis hec aūt simul oīa cōcurrere ualde raro cōtingit. & ideo raro appet iris a luna. Cōsequēter cum dicit.



Vod quidē igit uisus refrangit sicut & ab aqua sic & ab aere & oībus habētibus superficiē planā ex his que circa uisum ostensa sunt opportet accipere fidem.

Determinat de causa & pricipio ipsorū in spāli magis. & primo p̄mitit quasdā suppositiōes: qbus utet ad manifestati

onē ꝓpositorū. Secūdo cū dicit. Primo quidē. De figura halo. Manifestat causas & pricipia eorū determinate prima diuidit̄ in partes tres ſm tres ſuppoſitiones quas premittit. ſecūda icipit cū dicit. Et quis ſpeculorū. tertia cū dicit. Color aut quidē clarus. In prima parte dicit ꝙ ex his que demōſtrata ſūt circa modū uidēdi in perſpectās a mathematicis oportet accipere fidem ꝙ radii uiſuales ꝓcedentes ab oculo refrangunt̄ ab aqua prohibēte directā eorū alteratione propter groſſiciem. & ab aere ingroſſato a frigido & uniuerſal̄r ab oīb⁹ corpibus groſſis planam habētibus ſuperficiē. ꝓpter quā uniformiter & unite recipiūt & refrangūt ad aliquod corporū fulgidorū. utitur aūt hic Ariſto. cōmuni opinione mathematicorū ſui tēporis tanquā natura exiſtēte. ꝙ radii uiſuales a corpe obiecto refrangant̄ ad ad corpus fulgidū cum tñ magis econtrariu ſit uerum. ſ. ꝙ lumen a corpore luminoſo procedēs a corpe obiecto refrangatur ad uiſum. ſicut magis uidebitur cōſequēter quā ad ꝓpoſitionem non refert quodcūq; iſtorū dicere. eadē enī & eodem modo accidūt oīa circa halo & iridem quodcūq; iſtorum poſito. Secundo cum dicit.

Et quia ſpeculorū in quibuſdā qdē & figure apparent: in quibuſdā autē colores ſolum: talia aūt ſunt quecunq; parua ſpeculorū & nullā ſenſibilē habent diuiſionē: In his enī figurā īpoſſibile apparere: uidebit̄ enī diuiſibilis. Oīs enī figura ſimul uidetur figura eſſe & diuiſionē habere. Quoniam āt apparere aliquid neceſſariū hanc aūt īpoſſibile: relinquit̄ colorē ſolum apparere.

Ponit ſecundā dicens ꝙ cū hoc ſupponendū eſt. ꝙ corporū ſpeculariū a qb⁹ ſit refractio in qbus appet ſpēs uiſibilis. quedā ſunt in qbus appet: figura & color corpis obiecti determinate q̄dam aūt ſunt in quibus apparēt colores nō figura determinata. talia autē ſunt illa que parua ſunt ualde. & nō poſſunt diuidi in ptes eius. ſicut minimus ignis & minima terra natural̄r terminata ſūt in talibus aūt ſpeculis īpoſſibile eſt apparere figurā corpis obiecti determiate que. ſ. ſit diuiſibilis ſm ſenſum: qm̄ oīs figura eſt ſm ſe diuiſibilis. qm̄ eſt per ſe quātitas & oīs figura ſimul cū uidetur ſm eſſe figure uidet̄ eſſe diuiſibilis ſm ſenſum: ſed huiuſmodi ſpecula ſunt indiuiſibilia ſm ſenſum. ergo impoſſibile eſt in eis appere figurā corpis obiecti determiate. cū ergo neceſſariū ſit aliqd appere ī eis qm̄ alterant̄ a ſenſibilibus. figura aūt nō pōt ut ꝓbatum eſt. relinquit̄ ꝙ appebit ſolus color. Cōſequenter cum dicit.

Color aūt aliquādo quidē clarus uidetur clarorū. aliquādo aūt aut propter miſceri ei qui ſpeculi. aut ꝓpter debilitatē uiſus alterius coloris efficit fantaſiā. Sit aūt de his nobis ſpeculatū in demōſtratis circa ſenſus ꝓpter quod hec quidē dicam⁹. His āt qūo exiſtant: utamur ipis.

Premittit tertiū dicēs ꝙ color clar⁹ apparēs in huiuſmōi corpibus ſpeculationibus. aliqñ appet qualis eſt in corpe obiecto. puta cū ſpeculū fuerit purū & mūdū nō habēs aliquē colorē extraneū ſil̄r aūt & mediū. & cū fuerit uiſus fortis & bene diſpoſit⁹. aliqñ aūt color corporis clari uidet̄ minus clarus. aut etiā obſcur⁹. aut ꝓpter hoc ꝙ ſpeculū impurū eſt. & habet aliquē ꝓpriū colorē ſub quo patiēs ab obiecto & factus in actu alterat ipm uiſum. & uidet̄ color mixt⁹ ex colore obiecti. & ipius ſpeculi. aut qa mediū habet aliqd naturale admixtū: puta exalationē terreſtrē ꝓpter quā color clarus uidet̄ puniceus: aut rube⁹ aut rubicūdus. ſicut ſol cū uidet̄ per caliginē. aut uiſ⁹ cū fuerit debilis. & tūc ꝓpter debilitatē eius uidebit̄ color clarus obſcurior ꝓpter debilē alterationē aut ſi fuerit reſperſus hūore aliquo innaturali. tunc enī appebit color mixt⁹ ex colore corpis obiecti. & coloris quē natus eſt facere hūor ille. ſicut guſtui reſpſo aliquo hūore amaro. dulcia apparēt aliqual̄r amara. De hiis āt ſupponat̄ ꝙ demōſtratū eſt libro de ſenſu & ſenſib⁹. & iō dicam⁹ de cōſequētib⁹ ſuppoſitis iſtis quā ad modū oſtēſa ſūt. aut

sam necesse est omnia digesta grossiora
& calidiora esse. quoniā calidū naturale
digetens efficit calidū simile enī factū
ē simile. Adhuc etiā calidū digerēs effi-
cit molius ex humido indeterminato &
aqueo per eesolutionē alicuius humidi
subtilioris. adhuc aūt grossius pee am-
pliorē actionē & euaporationē residui
cum sicco terminacionē. nlterins etiam
per ampliorē actionē efficit siccū & ma-
gis con sistēs. digestio quidē igr est ꝙ di
ctum est. & propter hanc causam in ge-
nere. Consequēter cum dicit.

Indigestio aūt imperfectio propter
iodigentiā proprie caliditatis. Iodi-
geotia aūt caliditatis frigiditas est.
Imperfectio aūt est oppositorū passi
uorū: que quidem est unicuiq; natu
ra materia. Digestio quidē igitur &
indigestio terminet̄ hoc modo.

Determinat de indigestione sibi cōtra
ria. ponēs diffinitionē eius ex qua appa
rent cause ipsius dicēs. ꝙ eū digestio ut
perfectio a naturali & ꝑpria caliditate.
ex oppositis passiuis. & cōtrariorū sunt
diffinitiones cōtrarie. indigestio est im
perfectio ꝑpter indigentiā caliditatis.
indigētia aūt caliditatis in mixtis cor-
poribus est frigiditas nō quidē formali
ter. quia frigiditas nō est pura priuatio
caliditatis. sed contrariū positiue dictū
sed cōcomitatiue. quia defectū calidita
tis necessario in mixtis cōcomitat̄ frigi
ditas. qua te īdigestio est īperfectio pro
pter frigiditatē principalr̄. sicut aūt di
gestio est pfectio ex oppositis passiuis.
ita īdigestio impfectio oppositarū passi
uarū que dicimus esse materiam unius
cuiusq; nature passibilis ī potētia existē
eis respectu calidi digerētis. sic ergo col
ligēdo. indigestio est impfectio a frigi-
ditate ex oppopitis passiuis. sicut dige-
stio ē pfectio a caliditate oatutali ex op
positis passiuis. ex qua apparēt cause ipi
us agētis & materia & finis. sicut dictū
est de digestione. Vltimo eecapitulat di
cens: ꝙ de digestione & indigestione
determinatū sit hoc modo. Est aūt ītelli
gendū ꝙ digestio nō est motꝰ unꝰ oino
specie aut genere propinquo. qm̄ dige
stio est motus alteratiōis corpis mixti.
in qualitatibus primis eius que sunt ca
lidum. frigidū. humidū. siccum. que in
ipo preeedūt oēs alias sensibiles qualita
tes ſm naturā. Cuiuslibet aūt corporis
mixti sunt due qualitates tāgibiles pri-
me. per quarū unam agit primo. & per
aliam patitur primo. sicut corpis simpli
cis ut dictū est prꝰ. quarū accidētia est
media. īter q̄litates actiuas simpliciū. s.
calidū & frigidū. passiua aūt inter passi
uas. nō enī corpis mixti potest esse cali-
ditas simplex. sed determinata per fri-
gidum inexistens. nec ecōuerso. simili-
ter nec humiditas simplex sed determi
nata per siccū & ecōuerso. cōtraria enī
simpliciter & in actu nō sunt simul. sed
redacta ad media. & in potentia possūt
esse. calidum autē & frigidum & humi-
dum & siccum. sūt simul aliqualiter in

qualibet parte mixti. quare nõ sunt simplicia & in actu. sed redacta ad medium & in potẽtia. Item ex actiuis & passiuis non potest fieri una qualitas media ẜm naturam. ex contrariis enim simul solũ & nõ ex contingẽtibus natum est fieri unum medium natura. puta ex albo & nigro. nõ ex albo & musico actiue non cõtrariantur passiuis. sed sunt eis cõtingentes. ut manifestũ est ex se. ergo non est nata fieri una qualitas media ẜm naturam ex eis. Item ea ex quibus fit unũ medium natura oportet esse unius generis. ex diuersis enim in genere nõ fit unum medium ẜm formã per mixtionẽ passiue aũt & actiue alterius sunt generis. ideo &c̃. Quare cuiuslibet mixti est una qualitas media ĩter actiuas. alia aũt inter passiuas: Sed quia medium cõparatum ad utrumq; extremorũ rationem habet utriusq;. qualitas media iter actiuas respectu magis frigidi dicitur caliditas. & respectu magis calidi dicit̃ frigiditas. in aliquib⁹ in magis accedit ad calidum. in aliquibus in magis ad frigidum. similiter medium inter passiuas se habet. & secundũ hoc cõtrariant̃ sibi inuicem in diuersis. sicut medium contingit contrariari medio. & corrũpũt se inuicem sicut dictum est prius. cum etiam huiusmodi qualitates due sint naturales forme mixti in quolibet mixto de necessitate sũt sibi inuicem proporcionabiles & cui una earum est naturalis & altera. & cui innaturalis & ĩproporcionata. & cui igitur calidum naturale alicui⁹ agit in aliud in quo est qualitas passiua. puta humiditas sibi improporcionata & innaturalis alterando & digerendo terminans eam cum passiua nõ possit esse ĩproporcionalis & innaturalis alicui actiua cõiuncta nõ innaturalis & ĩproporcionalis. nec possit fieri proporcionalis alicui quin eadẽ actiua fiat ei proporcionalis necesse quod simul calidum naturalẽ agendo in passiuam terminãdo eam actiuam ĩproporcinuatã sibi terminet ad sibi conuenientẽ quare necesse ẽ omnẽ digestionẽ terminari ad duas qualitates medias: unã actiuam. & aliam passiuã. & a duabus oppositis incipere. Si igitur motus sũt differentes specie aut genere qui terminãt per se. indifferens genere aut specie. ut dicitur qnto phisicorũ. Necesse est digestionẽ esse duos motus differẽtes ig̃ ꝓpinquo cum qualitates actiue & passiue differũt genere: similiter uidet̃ esse dicendũ de ĩdigestione. & p eandẽ rõnẽ



Epansis autẽ est digestio quedam. Digestio enim alimẽti in pericarpiis pepansis dicitur.

Cum determinauit phus de digestione & indigestione qd ẽ utrũq; ipsorum in genere. intẽdit nunc determinare de medio seu spẽbus ipsarum. & primo facit hoc. Secũdo recapitulat cũ dicit. Quid quidem est ig̃. adhuc circa primũ. qm̃ cõtraria iuxta se posita magis sũt manifesta. determinat primo de pepansi & omothesi sibi contraria. Secũdo de ephesi & molinsi sibi opposita cũ dicit. Ephesis aũt ẽ. tertio de opthesi & scathesi cõtraria sibi cum dicit. Opthesis aũt est digestio. Circa primũ primo determinat ad hoc de pepãsi. secũdo de contraria sibi omothe. cum dicit. Omuthes aũt est. Adhuc circa primũ primu determinat quid sit pepansis. secũdo determinat modum ẜm quẽ fiat. cũ dicit. Ex spumosis quidem ig̃. Circa primũ est intelligẽdũ ꝙ pepansis de eis de quibus dicitur non dicit̃ per unam rationẽ & uniuoce oĩno. nec equiuoce penitus. sed ẜm prius & posterius. pepansis enĩ digestio quedam est: digestio est motus alterationis ad qualitatẽ mediã. alia inter qualitates tangibiles primas per se & primo. nunc aũt qualitas media que cõsequit̃ per se mixtum animatum ẜm aliam proportionẽ est media inter qualitates primas & simplices. ẜm aliam autẽ proportionẽ illa consequit̃ mixtum inanimatũ. nõ tamẽ oĩno aliam & diuersum. & adhuc ẜm aliam & remotiorem illa que cõsequit̃ mixtum remotius ab aĩato nõ tamẽ oĩno aliam. cum igit̃ motus determinet̃ & distinguat̃ secũdũ diuersitatẽ termini ad quem est per se necesse est. ꝙ pepãsis que est alteratio quedam in quibusdam ad qualitatẽ mediã propriam animatis. in quibusdam autẽ ad propriam inanimatis propinquioribus uel remotioribus secundũ naturã ab animatis. nec fit unius rationis omninu nec diuerse penitus. sed analogice

Sed quiá qualitas media cõsequẽs animatũ propinquior est qualitati medie simpliciter que est mẽsura oium aliorũ que plus uel minus distant. prior inter modos est pepãsis que est in aiatis. alie aũt tanto posteriores quãto qualitas ad quã sunt remotior ſm naturã a qualitate media aĩalium: ſm tñ proprietatẽ nominis nomen pepansis primo in fructiferis dicit. deinde in aliis. per posterius aũt & methaforice de aliis remotioribꝰ primo igitur determinat de pepãsi. primo & principalr̃ dicta. Secũdo determinat de ea ꝙ methaforice & dicit & ꝑ posterius cum dicit. Dicũtur aũt pepana. adhuc in prima parte primo ponit diffinitionẽ eius. Secũdo determinat quis ẽ finis ipius. cum dicit. Qm̃ aũt digestio. in prima parte dicit ꝙ pepãsis uniuersaliter ad oẽs eius modos sumpta digestio ꝗdam est determinata. s. pepausis aũt ꝗ primo & principalr̃ dicit est digestio alimẽti in pericarpiis. est quid igitur nũ cuiuscunq. sed alimenti cõtrarii adhoc existẽtis. alimentũ enim ante ultimã trãsmutationẽ in alitũ sub cõtrariis dispositionibꝰ. quãuis in fine transmutationis sit simile. est aũt digestio alimẽti in pericarpiis. i. existẽtis in circumpositis ipis fructibus. his enĩ est humiditas cuius maturatio & ꝑparatio ad formã seminis est pepãsis primo modo dicta. dicitur aũt pericarpiũ a peri ꝙ est circum & carpon ꝙ est captum uel positum. q. circũcaptũ uel positũ. Cõseqnter cũ. d.

Quoniã aũt digestio perfectio: tunc pepansis perfecta est: quãdo semina que in pericarpio possint efficere tale alterum quale ipm. Eteni in aliis perfectũ sic dicimus: pericarpii quidem igitur hec pepansis que a naturali calido.

Determinat quis sit finis ipius. Est aũt intelligendũ ꝙ finis pepansis duplex ẽ. unus quidẽ ꝑprius. s. perfectio forme accidẽtalis intrinsece ad quã est per primũ ordinat. s. forme substãtialis. s. seminis uel aĩalis ad quã disponit alimentũ de quo intendit hic dicens qm̃ digestio uero est quedam in perfectione. pepansis aũt est quedam digestio. pepansis tunc perfecta est accingens ad finem ultimũ ad quem est. quãdo semina ad que disponit alimentũ talia fuerint picta habẽtia formã ꝙ possunt tale alterũ facere quale est illud cuius sunt semina. puta cum semen oliue potest oliuam facere. ꝙ nũ contingit nisi cum habet formã substãtialẽ quã cõsequitur uirtus generandi sibi simile. In aliis eni perfectũ dicimus unũquodq ſm hunc modum ut ignem cum potest ignem facere. & hominẽ cũ potest hominẽ generare. silr̃ aũt & aliutum unũquoq. quãuis aũt perfectũ sit ꝙ habet formã per quã potest tale alterum facere quale ipm est. perfectius tñ est cum iam aget illud. quoniã tũc actu accingit finẽ suũ ultimũ. nec est in potentia ut sit ad alium. Et recapitulat dicens ꝙ digestio alimenti existẽtis in pericarpiis fructuũ cuius ꝓpriũ nomen est pepãsis est hoc quod dictum est. Cũsequenter cum dicit.

Dicuntur autẽ pepansa & alia multa digestorũ secundũ eandem quidẽ speciem: methaphóris aũt própterea ꝙ nõ iacent sicut dictum est & prius nomia secundũ unũquãq perfectionem circa ea que terminãtur a naturali caliditate & frigiditate.

Determinat de ea que dicitur methaforice. & primo tangit ꝙ est quedam pepãsis dicta methoforice a predicta. Secundo quid est & ꝑpter quã causam. cum dicit. Est aũt & cõnascẽtiarũ. primo dicit ꝙ alia quedam de numero digestorũ dicũtur pepansim passa. & pepana non quidem ſm eandem rationem oĩno. sed methaphorice. & ſm similitudinẽ dicta ab ea que dicitur ſm speciem dictã que primo in pericarpiis dicit quoniã sicut dictum est prius. non sunt nomia ꝓpria posita unicuiq perfectioni existẽti circa illa que dicũtur ad perfectionẽ a caliditate & frigiditate naturalibꝰ. sed aliquo de ipis nomiatu primo. alia secũdũ multitudinem methaphorã nominãtur nomie illius. Est autẽ intelligẽdũ quod frigidũ per se nõ ẽ causa digestiõis: qm̃ nihil ẽ ꝑ se causa duorũ cõtrariorũ. frigidũ est ꝑ se causa indigestiõis ut appet ex diffinitiõe digestiõis. nũ erit igitur

per se digestiouis causa. ex consequenti aūt est causa & per accidens. ex cōsequēti aūt qm̄ calidum nō est causa digestionis nisi ſm ꝙ cōmensuratū a forma substantiali quā consequit. forma aūt substantialis cōmensurat calidum determinaudo ipm per imixtionē frigidi. & iō frigidū in quātū per ipm cōmēsurat calidum digerens ex consequēti dicit causa esse digestiōis. per accidēs aūt dr etiā esse causa in quantū ꝓpinquius calido. uel circūstaus fortificat ipm. propter ꝙ uentres aialium calidiores sunt in hyeme quā in estate. & fortior est digestio. sic igitur frigidum ex consequēti & per accidens est causa digestionis. & sic intellexit plius; frigidum esse causa digestionis hic. Deinde cum dicit.

Est aut que nascentiarū & flegmaticis & taliutn pepansis: que a naturali calido digestio inextstentis humido. Impossibile enim terminate non optinens.

Determiat quid est. & ꝑpter quam causam pepansis methaphisice dicta dicēs ꝙ pepansis que est maturatio humidi in naturalis in nascentiis. i. apostematib⁹ & flegmatib⁹ flegmatis. i. regnātis flegmatici & innaturalis que methapħ. dieitur a prima. est digestio humidi in naturalis inexistentis a naturali caliditate est quidem digestio humidi in naturalis in existentis in apostematib⁹ & flegmatice & huiusmodi sīlib⁹. puta urina & secessioue a calido naturali auimalis aut alicuius mēbri eius obtinēte super huiusmodi humidū. īpossibile enim est calidum termiare humidū termiuo cōueniente uature cuius est calidum non optinēdo super ipm. semper enī agens oportet uincere passum & mouens motum ſm ꝙ huiusmōi. Cōseqnter cū. di.

Ex spumosis quidem igitur aquosa: ex talibus aūt que terrestria cōsistūr & ex subtilibus semper grossiora fiunt pepansim passa oīa. Et hec quidē in ipam natura ducit secūdum hoc. Hec aūt eiicit. Pepansis igitur dictū est quid est.

Oportet ſm quē modum flat pepansis uniuersalr̄ dicta dicēs. ꝙ oīa pepana. s. pepansim pacientia ex spumosis. i. aeris primo fiunt aquea. per aliā ingrosatio nem a calido educēte aliquid & residuū cōmiscendo. deinde ex aqueis fiunt terrestria magis per ampliorē ingrossationē. aquea enī quando ingrossant magis terrea fiūt. & magis sunt digesta & uniuersaliter ex subtilioribus fiunt grossiora. & hic processus alterationis in pepanis apparet in amigdalo in quo post flores decidentiā appet humidū aereum. post hoc aūt calido educente aliquid & reliquū terminādo. ꝑpter repercussionē ad exteriorē partē. s. corticem eius. ultimo & ad inuolutionē humidi eleuati factam terrestre per ampliorem actionem calidi: & ſm hunc modum natura substātialis digerens per calidum aliqd eius quod digerat. per ei⁹ corruptionē in se ipo conuertēdo puta ꝙ est conuenientius sibi. aliud aūr expellēdo & segregando ab eo quod est ſm natoram sicut superfluū sicut flegma & saniem & limen. urinam. secessione. & huiusmodi quid igitur est pepansis. & propter quā causam dictum est. Deinde cū dicit.

Homotes aūt est contrariū. Contrarium aūt pepāsi indigestio alimenti in pericarpio. Hec aūt est intermiata humiditas: propter quod aut spumosa aut aquosa aut eorū que ex ambobus est.

Determinat de omothe sibi contraria. dicit autē omothes uno modo proprie. alio modo methaphorice sicut & pepansis. primo igit determinat de omothe ꝓprie dicta. secūdo de ea que dicit methaphorice cū dicit. Dicit aūt & omothes. adhuc circa primū primo dicit quid est secūdo ꝓpter quā causam flat cū dicit. Qm̄ aūt pepansis. in prima pte dicit ꝙ omothes est aliqd cōtrariū pepansi. contrariū aūt pepansi principalr̄ dicte ē in digestio alimenti in pericarpiis cū ipa fit digestio alimenti in pericarpiis. cum ipa fit digestio alimenti iu eodem ut dictum est prius quare omothes principaliter dicta erit in digestio alimeti; in pericarpiis. huiusmodi autē alimētū omothim passum ſm ꝙ huiusmōi ē hūidū iterminatū existēs. quādo nō est a calido

ductū fert ad terminū seu finem intentum. Sunt autem spumosa hoc aerea. si ꝙ debet digeri fuerit aereum uel spūale aut aquosum. si fuerit aqueum aut mixtum ex utroq;. si fuerit cōsequenter ex utroq; tanquā nō sint ingrossata nō potente optinere. Deinde cum dicit.

Quoniā aūt pepansis perfectio quedam est. homotes imperfectio erit. Fit aūt imperfectio propter indigētiam naturalis calidi & incōmēsurationē ad humidū: quod pepansim patitur. Nullū aūt humidū ipm secundum se pepansim patitur sine sicco: aqua eni nō ingrossat sola hūidorū.

Assignat causam eius primo. secūdo eiusdē dicti causā assignat cum dicit. Accidir aūt hoc. tertio nō declarat causam dicti per signū dicēs. Propter ꝙ substātiales. in prima parte dicit qm̄ pepansis ē pfectio q̄dam & omothes est ei cōtraria omothes est q̄dam iperfectio per se. que quidā iperfectio fit ꝑpter defectū caliditatis naturalis nō potentis uincere. oportet & ꝑpter incōmensurationē & ꝑportionē ipius ad humidū quod natū erat digeri digestione pepansis. quod q̄dem nō est humidū simplex puta aqueū sed cōmixtū sicco. nullū eni simplex humidū potest digeri digestione pepansi. qa oīa pepansim pacientia ingrossantur actione calidi optinētis. simplex aūt humidū ingrossari non potest. cū ingrossatio p̄ssio mixti. ꝑpter ꝙ aqua sola sine admixtione sicci accepta de numero humidorū nullo modo potest ingrossari. cī eius eni calefacta euaporat & cōrrūpit quā ingrossat. oleum aūt & uinū calefacta ingrossant. quia habēt in se aliquid siccū terestre & siccum uirtute. Consequenter cum dicit.

Accidit aūt: aut eo ꝙ calidum sit paucū: aut quia quod terminat multū.

Quia dixit omothes fieri propter incōmensurationē calidi. ad humidum declarat unde causatur talis incōmensuratio dicens ꝙ accidir hanc incōmeusurationē fieri. aut quia calidum motiuū ē. & minus quā oporteat esse calidū naturale. ant quia humidum ꝙ debet digeri & terminari maius est quam sit natū digeri a calido naturali. nō potest autē esse causa huius incōmensurationis super habundātia calidi preter naturam & respectu humidi aut defectus humidi digeribilis. quia ista enim magis causant exsiccationē quam indigestionem. Deinde cum dicit.

Propter quod & subtiles humores eorum que homa sunt & frigidi magis quam calidi & inesibiles & impotabiles.

Declarat per signum causam predictam dicens. ꝙ quia defectus calidi est causa huiusmodi indigestionis. humores illorum qui passi sunt omothim magis frigidi quā calidi. quia defectus calidi magis causat frigidum quā calidum. sunt etiam subtiles. quia calidi est ingrossare: quare defectus eius erit causa oppositi. & iterū sunt inepti ad potum & cibum. & uniuersal'r ad nutrimentū. qm̄ nutrimentū per se oportet dulce. Solū enim dulce nutrit. omne aūt dulce calidum est & humidū tempate ꝙ nō potest causari a deficiente calido. Consequenter cum dicit.

Dicitur autē & homotes sicut & pepansis multis modis. Vnde & urine & secessiones & catarri homi dicuntur propter eandem causam. eo enim ꝙ nō sunt obtēta a caliditate: neq; cōstant. homa oīa appellantur.

Dicitur aūt & omothes. determinat de omothe dicta methaphorice que dicitur per similitudinē quandam ad principaliter dictam. in quibusdam autē de quibus dicitur omothes inuenitur similitudo maior & propinquior. in quibusdam minor & remotior. primo igit̄ determinat de omothe in illis que habēt propinquiorē similitudinē ad omothim principal'r dictam. Secuudo cum dicit. Longe autē precedētibus. in illis que remotiorem. primo dicit. ꝙ pepansis dicit̄ multis modis. Vno modo principal'r. & alio modo methaphisice. sic & omothes uno modo dicitur de quo dictum est. alio modo methaphisice. Vrine enim & secessiones & catarri idest Reuma-

ta & nascentia pati dicuntur omothim propter eandē causam.i.similē ꝑdictis &.s.ꝙ humiditas in naturalis in eis nō potest obtineri a naturali caliditate nec consistentiā habere ſm ꝙ conueniēs est nature. Deinde cum dicit.

Longe aūt procedētibus & larte homus & lac homū:& alia multa dicūtur:si possibilia permutari & consta.. a caliditate non passa sint:propter quod aqua ephesim passa dicit. Homa aūt nō quia nō ingrossat:pepansis quidem igitur & hometes dictū est quid ē:& propter quid utrumq̧ ipsorum est.

Determinat de homothe in illis que dicunt per similitudinē remotiorē dicens ꝙ procedētibus ea que preponūt omothem ſm similitudinē remotiorem dicimus latere omothem passum cū humidum aqueum mollificans nō est digestū a calido. simil'r aūt & hic. & qñ humidū in naturalē in eo nō fuerit terminatum simil'r aūt & alia multa quecunq̧ passibilia permutari & consistētiā habere seu ingrossationem a caliditate cum conueniunt non permutantur. nec ingrossantur omnia dicūtur.i.omotim passa. que aūt nō sunt possibilia ingrossari a calido nō patiunt omothim. qa nec pepausim sicut dictum est. propter ꝙ aqua dicitur quādoq̧ epsesim uel elixacionem passa ut dicet. sed nō omotem. quia non possibile est ingrossari a calidi propter defectū sicci & terrestris. Est aūt intelligendum ꝙ latum dicitur omothem pati ſm methaforā remotiorē quā alia ꝑdicta. qm̄ predicta omnia patiebantur a calido naturali. & proprio imperfecte tñ latum autē amotim partitur:quia calidum de foris adueniēs nō optinet super humidū terminādo. Similiter autē & lac omotem patitur. quia calidum extrinsecum nō potest super humiditatē eius. loquitur enim hic ph'us de generatione & in digestione lactis que est a calido de foris adueniente. & non de his qua fiunt in ipō animali que fiunt a caliditate extrinseca & naturali. Deinde recapitulat dicens. dictum est de pepansi & omothe qd sunt diffinitiue. & propter quam causam fit utrumq̧ ipsorum.



Epsesis aūt est secundū totum quidē digestio a caliditate humida in existētis interminati in humido. Dicitur autē nomen solum in elixatis.

Postquā ph'us determinauit de pepansi & omothe contraria sibi. intēdit hic determinare de epsesi & molinsi sibi contraria primo. secūdo recapitulat cum dicit. Epsesis quidē & molinsis. adhuc in prima parte primo determiat de epsesi. secūdo de molinsi cū dicit. Molinsis ār. circa primū adhuc. primo determinat quid est epsesis. & propter quā causam secūdo recapitulat adiungēdo quedam cum dicit. Secundū epsesim quidem. adhuc in prima parte primo facit ꝙ dictū est. secūdo infert ex dictis quedā q̄ sunt bene elixabilia cum dicit. Quare quecunq̧. Adhuc circa primū primo facit quod dictum est. secūdo determinat finem elixatorū ſm ꝙ huiusmodi eum dicit. Finis aūt nō idem. Adhuc primo determinat de epsesi primo & principal'r dicta. Secūdo de ea que dicitur methaphilice cum dicit. Dicitur aūt & aurū. Adhuc primo ponit diffinitionē signātem quid est epsesis principal'r dicta:& propter quā causam. secūdō declarat q̄ sunt elixabilia & que nō cum dicit. Est aūt nō omne corpus. Adhuc circa primum. primo ponit diffinitionē. secūdo explanat eam cum dicit. Hoc autē sicut dictum est. primo igitur diffiniēs epsesim dicit enim eam ſm totum esse digestionem a caliditate humida in existentis interminati. in humido dico autem epsesim ſm totum. hoc est uniuersaliter sumpta ſm alex. uel ſm totū.i.simpl'r & pricipal'r dicta. hoc mō enī dicte ē diffinitio ꝑmo. dico etiā digestionē gñari & fieri sicut a cā agēte a calido exn̄te ī humido circūfuso ei ꝙ digeritur. a calida enī aqua aut calido hūido digerūr epsesim patiētia calidā existens in hūido ab humido ebetatū remissius agit & laxat aperiēs poros digestibilis. est aūt huiusmodi digestio sicut materie & subiectū existētis intermiati ī hūido. hoc ē cuius ꝙ est indigestū & indetermiatū termio digerentis nature. quāuis termiatū sit tmio alti'nature. ex q̄ diffinitiōe appet

ꝙ nõ oĩa corpora naturalia possũt dige-
ri hac digestione proprie. sed multã ha
bẽtia humiditatẽ. nec oĩa digerere. sed
ampliorẽ habẽtia. adiungit aũt ꝙ nomẽ
epsesis dicit̃ proprie de eis que elixãtur
idest coquũtur in aqua. de aliis aũt me-
thaphisice. Deinde cum dicit.

Hoc aũt utiq; erit sicut dictũ est spu
mosum aut aquosum. Digestio autẽ
fit ab eo qui in hũido igne. Que enĩ
in frixuris assãtur: ab extrinseco enĩ
calido patiunt̃. In quo aũt est humi-
do facit illud magis siccum in ipm
assumẽs. Quod aũt elixatur: contra-
rium facit. Segregat̃ enĩ ex hoc ipo
humidum a caliditate que in extrin
seco humido.

Explanat diffinitionẽ primo quãtũ ad
causam materialẽ. dicens ꝙ hic utiq; .s.
humidũ interminatũ ꝙ hac digestione
digerit̃ est humidum spumosum hoc ẽ
aereum. si illud quod digerit̃ fuerit hu-
midũ aereum aut aquosum. si fuerit ma
gis. Secũdo quo ad causam efficientẽ cũ
dicit. Digestio aũt. Et primo pponit di-
cens. ꝙ digestio huiusmodi fit a calido
igneo existente in humido ſm ꝙ huius
modi est. secũdo pbat. primo cum dicit.
Que enĩ in frixuris. Secũdo manifestat
quoddã dictũ per signũ cũ dicit. Propt̃
ꝙ ficciora. in prima pte dicit ꝙ bene di
ctum ẽ ꝙ fit a calido humidũ qm̃ illa q̃
coquũtur in frixuris pingui & calefa-
cto ab igne extrinseco nõ patiunt̃ epse-
sim. sed assant̃ magis opthesim paciẽtia
cuius ratio est. quia nõ patiunt̃ a calido
humido ſm ꝙ huiusmodi. sicut epsesim
passa. sed a calido igneo exteriori ſm ꝙ
huiusmodi sicut assa. qm̃ humidũ cui si
cut continẽti ĩponuntur frigida. magis
patitur a frixuris quã agat in ipa. cum
enĩ frigẽda calefacta fuerint ab extrin-
seco igne exsiccante agentia in ipm hu
midũ continẽs exsiccãt illud assumẽtia
conuertẽdo ea in suam naturã. in elixa
tis aũt accidit contrariũ. paciẽtia enĩ a
calido humido circũfuso & pmutata nõ
recipiũt in se humiditatẽ ipi⁹. sed emit
tunt propriam per conuersionẽ eius in
illam. Deinde cum dicit.

Propter quod siccora que ephesim
passa sunt quã assa. Nõ enĩ attrahũt
in se ipm humidũ que ephesim pati
untur. preualet enĩ que de foris cali-
ditas ei que intus. Si aũt uinceret q̃
intus: traheret utiq; in seipam.

Manifestat hoc per signũ dicẽs. ꝙ signũ
huius est manifestũ. quia ppter hãc cau
sam illa que passa sunt epsesim sicciora
sũt quã assa. elixata enĩ qm̃ patiunt̃ a ca
lido humido ſm ꝙ huiusmodi permuta
da nõ attrahũt ad se humiditatẽ illius.
sed emittunt propriã. calidũ enĩ humi-
dum optinẽs sup humidũ elixandi con
uertit ipm in se. Si aũt ecõtrario esset ꝙ
calidũ intrinsecũ preualeret sup humi
dũ extrinsecũ fieret ecõtrario ꝙ .s. hu-
miditas extrinseca trahet̃ intrinsecus
cõuersa in illud ꝙ digeritur. ppter hoc
igr̃ elixa sunt sicciora. frixa aũt & uni-
uersaliter assa ecõtrario. calefacta enim
ab igne ſm ꝙ huiusmodi optinẽtia sup
humidũ continẽs conuertũt ipm in se.
& humidiora fiunt. signũ aũt ꝙ sint hu
midiora assa est. quia si reponãt̃ ad tem-
pus humidiora inueniunt̃ ad sensũ quã
elixa. ex quo igr̃ frixa posita in humido
calido pingui. quia non patiunt̃ ab ipõ
ſm ꝙ huiusmõi assant̃ & nõ elixant̃ pa
cientia a calido humido per se epsesim
patiunt̃ ꝙ erat probandũ. Posset aũt ali
quis obiicere contra illud ꝙ aristo. dicit
ꝙ frixa nõ patiunt̃ a calido humido eis
circũfuso. sed ab extrinseco calido ig-
neo. extremorũ enĩ non potest agere in
extremũ nõ agẽdo pri⁹ in mediũ. quia
agẽs & passum ĩmediata oportet esse ap
proximata. sed illud quod frigit̃ & cali
dum igneum intrinsecũ est mediũ hu-
midũ pingue in quo frigit̃. ergo ĩpossi-
bile uidet̃ ꝙ calidũ igneũ agat in ipm
nõ agendo prius in illud humidũ. qua-
re ĩmediate paciet̃ frixum a calido hu-
mido. Ad ꝙ dicendũ uidet̃ esse. ꝙ frigẽ-
da posita in hũido pingui circũfuso eis
cui supponat̃ calidũ igneũ de necessita
te paciunt̃ ĩmediate ab huiusmodi cali
do humido: qm̃ mouens & motũ pxima
oportet esse simul. & nihil eorũ esse me
diũ. sicut pbat̃ septio phisicorũ. Cũ igr̃
agẽs naturale sit mouẽs & passum motũ
necesse est agẽs naturale & passũ pximũ

esse simul & nihil corũ esse medium. ca-
lidum aut ignoeũ & id ꝙ frigitur in hu-
mido pigui existens non suot simul. sed
est aliquid mediũ iter ea. s. humidũ per-
dictũ. ergo imediate nõ patietur ab ipo
calido igneo. cũ igr̃ nõ sit aliud mediũ
inter ipa nisi humidũ predictũ imedia-
te patietur ab eo. illud igr̃ ꝙ frigit̃ ime
diate patitur a calido humido circũfuso
de necessitate. item nõ patit̃ ab ipo sm̃
ꝙ calidũ humidũ preualẽte per ratioñ
phi qm̃ nihil quod optinet̃ ab eo quod
frigitur & cõuertit ipm̃ in se optinet su
per ipm̃ agendo. sed calidũ humidũ cir
cũfusũ ei quod frigit̃ obtinet̃ ab illo cõ
uertit ipm̃ in se. cuius signũ est ꝙ frixa
sunt humidiora quã ephesim passa. cale
facta eni a calido igneo de foris agunt
in humidũ circũfusum & coouertũt in
se. ergo illud quod frigitur non patitur
ab humido circũfuso sm̃ ꝙ humidum.
Si igitur patitur ab ipo & nõ sm̃ ꝙ hu-
iusmodi restat loquirendũ sm̃ quid ab
eo patitur & quomõ. est ergo intelligen
dum ꝙ humidũ circũpositũ eis q̄ frigũ
tur nõ est humidũ aqueum simul. tunc
eni impotẽtia ei nõ frigerẽtur. sed elixa
rẽtur magis. sed est humidũ multũ hñs
aereum uirtute simul cũ dicto terrestri-
rale eni uirtute ẽ omne humidũ pingue
puta oleum & sagimẽ. talia aũt uirtute
sunt bene iflãmabilia ratiõe. s. aerei &
sicci terrestris. ꝓpter ꝙ bene sunt uapo-
rabilia. huinsmodi igitur humidũ beoe
ex se iflãmabile ab igne supposito cale-
factũ. suscipiẽs ab ipo uirtutẽ inflãma-
riuam & siccatiuã rõoe humidi aerei &
sicci terrestris subtilis ꝙ habet uirtute
frigenda ei in potentia calefaciendo ex
siccat quodãmõ exsiccat digerendo. pro
pter ꝙ quia calefactum ab igoe uirtute
habet exsiccatiuã ratiooẽ sicci assat sibi
in potentia ratione humidi patitur ab
eis. nõ est incõuenicns idem corpus ra-
tione unius pati ab aliquo agere i ipm̃
ratione alterius. puta sm̃ ꝙ siccum. pro-
pter ꝙ apparet ad rationẽ. bene eni pro
bat ꝙ frixa patiant̃ a calido humido cir
cumfuso. sed nõ probat ꝙ patiaot̃ ab eo
dem sm̃ ꝙ humidũ. Posset etiam obiici
cõtra illud quod dicit phus. ꝙ elixa sũt
ficciora quã assa. si enim omne agens na
turale in agendo assimulat sibi passum
in elixabilia autẽ agit calidum humidũ

sm̃ ꝙ huiusmodi uidet̃ ꝙ io agendo hu
mefaciat ea. Si etiam in assando agit ca-
lidum siccum sm̃ ꝙ huiusmodi exsicca-
bit ea. propter ꝙ uidebitur ꝙ elixa sũt
humidiora assis & econtratio. cuius si-
gnum est quia elixa magis cõpetuot in
firmis erdebilibus quã assa. quia faci-
lius digestibilia sunt passibilia. quia ui-
dentur habere rationẽ humidi. Adhoc
quod dicendũ ꝙ omnia digesta uniue r-
faliter grossiora & ficciora suot natura
liter post digestionẽ quam ante. quoniã
calidum digetẽs io ipm̃ digestibile hu-
midum quod est io ipo passibilibus edu
cit in se conuertẽs & residuũ cum sicco
terminat̃ magis sicut dictum est prius.
propter ꝙ elixa & assa necesse est siccio-
ra esse quam pri⁹ ante digestionẽ. Item
elixa ficciora sũt assis quã calidũ humi-
dum magis ielixabilia totaliter. magis
rũ agit in ipa sm̃ partes passibiliores. ta
les aũt sunt humidiores partes. humi-
dum eni quãto magis humidũ est taoto
passibilius est. agens aũt in ipa sm̃ ptes
humidiores ipas subtiliat & assimilat si
bi. & cõpleta digestiõe totaliter assimi
lans cõuertit in naturã suã. & propter
hoc pattes grossiores ipassibiliores re-
manẽt ficciores. Simir aũt calidũ siccũ
agens in assabiles sm̃ ꝙ huiusmodi par
tes humidiores sm̃ quas agit i ipm̃ prin
cipaliter & amplius subtiliat assimilan-
do sibi & exsiccãs cõuertit io se ipm̃. &
residuũ remanet siccũ magis. sed ptib⁹
exterioribus in quas agit primo & forti
us. quia ꝓpinquiores sunt & ampliori
tpe & magis extrahit humidũ resoluen
do & pee partes ipas exteriores grossio
res & terrestres exsiccat. ideo totũ hu-
midum resolutũ interius oon potest re
duci exterius sicut io elixis. ꝓpter ꝙ re-
flexum a partibus exteriores ad interio
res humefacit eas magis. ꝓpter ꝙ ossa i-
terius sũt humidiora qm̃ ephesim passa.
Quod ergo igit̃ ꝙ agens naturale assi-
mulat sibi passum uerũ ẽ sm̃ hoc ꝙ agit
in ipm̃ primo & respectu cuius optinet
& cũ assumit̃ ꝙ calidũ humidũ & agens
in ephesim uerũ est. sed primo & princi
paliter sm̃ partes humidiores ꝓpter ꝙ
potest cõcludi ꝙ partes humidiores assi
milat sibi sm̃ ꝙ obtinet super eis. qa tñ
super partes grossas & ipassibiliores nõ
optinet simplr̃ nõ oportet ꝙ illas oĩno

sibi assimilet sed exsiccat magis. Simil'r ꝙ dicit ꝙ calidũ igneum agit in assãda certe uerum est. sed primũ secũdũ ptes passibiliores ẜm quas optinere potest. partes aũt grossiores super quas nõ optinet grossiores relinquit per se ꝑpter eductiõnẽ humidi per accidens tñ interiores partes relinquũt humidiores sicut dictum est. Cõpetũt aũt lixa magis ĩfirmis quã assa quia digestibiliora quã ĩpa quantũ ad partes exteriores exsiccatas magis que ꝑpter exsiccationẽ difficilius digerũtur. magis etiã cõpetunt eis elixa quã assa passa a calido sicca magis sunt ĩflamatiua. & exsiccabilia quã epsesim passa que nõ cõpetũt infirmis & debilib⁹ uniuersal'r. Cõsequẽter cũ dicit.

Est aũt nõ omne corp⁹ ephesim passibile: neq₃ in quo nullũ est humidum uelud in lapidibus. Neq₃ in quibus inest quidem: sed ĩpossibile optineri uelud spissitudinẽ uelud in lignis: sed queciinq₃ corporũ habent humiditatẽ passibilem ab ea que in humido ignitione.

Declarat ex dictis que sunt elixabilia & que nõ dicẽs quia ꝙ ephesis est digestio a caliditate humida existentis indeterminati in humido. nõ aũt omne corp⁹ mixtum possibile est ephesim pati. corpus enim in quo nullum .i. modicũ ualde est humidũ & fortiter cõmixtum nõ potest epsesim pati ꝑprie. humidũ enĩ passibile a calido humido possibile est epsesim pati per dictam diffinitionem quẽadmodũ lapides in quibus modicũ est continuatiuũ tantũ. nec etiam illud in quo est humidum amplius. sed ĩpossibile est ĩpm uinci a calido existente in humido circũfuso propter spissitudinẽ eius. & debilitatẽ calidi ebetati per humidum quẽadmodũ ligna que quidem habent hmmiditatẽ nõ possibile optineri a calido existẽte in humido. Sed quecunq₃ corporũ habẽt humiditatẽ multam & bene passibilẽ a caliditate humida talia sunt bene elixabilia. quẽadmodum fructus & grana & arbores & aĩalium & piscium. Deinde cum dicit.

Dicitur antẽ & aurum ephesim pati & lignum alia multa secundũ speciẽ quidẽ nõ eandem: methaphorice aũt Nõ enĩ iacet nomen differentiis.

Declarat de ephesi dicta methaphorice & primo in siccis. secũdo cũ dicit. Et humidi aũt. in humidis primo dicit ꝙ quedã alia puta aurum & lignũ. & sil'ia dicuntur epsesim pati. sed non principal'r sed ẜm eandem rationẽ ẜm quã & predicta. sed methaphorice. & per quandam similitudinẽ. qm̃ sicut dictum est prius. non sunt noĩa ĩposita ad signandũ oẽs perfectiões que a calido humido fiunt in corpibus. sed ex nomĩe eius ꝙ principalius est nominãtur aĩe. nõ enĩ aurũ et lignum dicunt ephesim pati proprie sicut pri⁹ dixit. eo ꝙ humiditas que est in eis passa a calido humido segregaret ab ĩpis. sed methaphorice tm̃. quia a calido exteriori calefacta, segregat aliqd humiditatis aliene ab eis. cum enĩ auro fuerit aliquid extraneũ admixtum. puta æs uel argentũ. & a calido extrinseco passum separat ab eo dicit ephesim pati similiter ligna quãdo segregatur ab eis aliquid humiditatis per modum exalationis & fiunt sicciora a calido passa. dicuntur elixari per similitudinem. Deinde cum dicit.

Et humida aũt ephesim pati dicim⁹ uelud lac & mustum: cum qui in humido humor in speciem aliquã permutatur ab eo qui in circuitu & de foris igne calefaciente. Quare modo quodam simile dicte ephesi facit.

Determinat de ephesi methaphorice dicta in humidum dicẽs. ꝙ similiter quedam humida dicimus ephesim pati. sicut lac & mustum que dicimus ephesim passa, quãdo humor ĩporum ꝑprius. & nõ alienus terminatus fuerit & permutatus in aliam cõuenientẽ speciem a caliditate extrinseca. existẽte in circuitu. segregato enĩ ab ĩpis humido indeterminato aut aquoso & nõ conuenĩẽti ut sero a lacte. aut aereo. ut a musto calido exteriori dicunt ephesim passa non ẜm eandem speciem cum principal'r dicta. sed ẜm aliam similitudinẽ ad illam. propter quod accidit simile aliquid fieri in hiis. sed nõ aliquid eiusdem rõnis. non est autẽ inconueniens lac simul digeri

diuersis digestionibus. ſm enim ꝙ humidum interminatū ipsius dirigitur a calido naturali extrinseco pepansim patitur. ſm ꝙ a calido extrinseco epsesim & mustum & silia. Consequēter cū dicit.

Finis aūt nō idem oībus. neq; elixatis neq; digestis: sed his quidē ad esū his aūt ad sorbitionē: his uero ad aliam oportunitatē. quoniā & farmaca elixati dicimus.

Et finem epsesis dicens nō eundem finē esse in oībus elixatis seu epsesim passis. nec in oīb⁹ digestis uniuersalr̄ sicut de pepanis dixit prius. nec oīa talia sūt eiusde rei gratia ut sint ydonea ad esū. & hic eorum finis ad sorbitionē seu potum. Alia autē ut sint ydonea ad aliam opportunitatē aliam nature dūi⁹ infirmata. i. medicinam laxatiuā elaxari methaphorice dicta epsesi. sed non ut sint ydonea ad edulium uel potum. sed magis ꝑpter purgationē superfluitatis nature. Deinde cum dicit.

Quare quecūq; grossiora possunt fieri aut minora aut grauiora: aut hec quidem ipsorum talia. Hec aūt cōtraria propter id quod disgregata: hec quidem ingrossari: hec aūt subtiliari: sicut lac in serum & coagulatum omnia elixabilia sunt. Oleum autē non elixabitur ipm̄ secundū seipm̄: quia horum nullum patitur.

Infert ex dictis que sunt epsesim passibilia uniuersalr̄ dicta dicens. ꝙ quecunq; corporū naturaliū calefacta a calido extrinseco nō urente grossiora fieri possont sunt elixabilia. digestio enī humidi interminatiua a calido grossiciē causat aut quecunq; ipsorum possunt fieri minora & grauiora ab eodem calido. segregato enim ab ipis humido aereo aut aquoso superfluo necesse est minus fieri. aut etiam quecunq; ſm aliud & aliud eorum patiunt̄ contraria ut ſm aliquid faciāt grossiora ſm aliud subtiliora per segregationē a predicto calido sunt elixabilia. sicut lac. hoc enim ipsius subtiliatum est. puta illud ꝙ seorsum est. aliud uero ingrossatum sicut caseatū. oleum aūt ſm se totum acceptum a calido humido circūfuso nō patitur epsesim. qa nullum predictorū potest pati ab eo propter uiscositatē enim partium & multitudinem calidi in existentis in eo nō potest obtineri a calido ebetato per humidum. ut digestum fiat. fiat grossius uel minus grauius. cum aliis aūt mixtū puta ī eduliis potest epsesim pati. diminuitur enī uiscositas eius & caliditas quādoq; ꝑpter mixtionē. Cōseqnter cū di.

Secundū ephesim quidem igitur dicta digestio hec ē. & nihil differt in organis artificialibus & naturalib⁹ si quid fiat propter eandem causam omnia erunt.

De ephesi recapitulat adiungēs quedā & dicit ꝙ digestio dicta ſm epsesim est hoc quod dictum est. & propter hāc causam etiam adiūgit ꝙ nō refert. siue fiat in elixatis siue per naturalia ut in digestione alimenti interius. qualitercunq; enim fiat propter eandem causam fiet cum enim fit per organa artificialia fit per calidum extrinsecū existens in humido optinēs super humidum interminatum per adiutoriū artis. cum aūt per naturalia fit simr̄ a calido humido circumfuso. alimentū enim a calido exteriori existente extra ipm̄ epsesim patiē quā in ipo alēdo per se ſm ꝙ huiusmōi est calidum digerēs & decoquēs. omne enim ꝙ mouetur ab alio mouet̄ primo. Deinde cum dicit.



Olinsis aūt indigestio quidem. cōtraria aūt ephesi Erit aūt utiq; contraria prima dicta īdigestio ei⁹ quod in corpore īterminati propter defectum caliditatis q̄ in humido quod in circuitu.

Determinat de molinsi sibi contraria. cuius primo ponit diffinionē indicantem quid est & causam eius. Secūdo cū dicit. Deffectus aūt. Explanat eam quātum ad causam agentē. in prima parte dicit ꝙ molinsis uniuersalr̄ accepta indigestio quedam est cōtraria epsesi iam

dicte uniuersalr. Sed cum dicat multipliciter sicut ipsa epsesis.s.principalr.& methaphotice principalr eni dicte epsesi cōtrariat principalr dicta molinsis.& ei q̄ dicit methaphorice ꝫm unūquēq; modum.& quia epsesis primo & principaliter dicta est digestio a calido humido circūfuso in exiltentis indeterminati in humido.molinsis contraria ei primo & principalr dicta erit idigestio ei⁹ quod in corpe interminari ꝓpter defectum calliditatis que in humido ꝙ in circuitu.cōtrariorū eni sunt diffinitiones cōtrarie.dicit aūt eam esse idigestionē genete ꝓpter defectum aūt caliditatis dicit eam fieri sicut a causa defficiente. priuationē eni includit quodāmō que ꝫm.quod prius causā habet defficientē causam aūt positiuā eius quandā & cōsequēter dicet.dicit aūt eam esse eius ꝙ indeterminat.hoc idigestū in humido. sicut ex materia & subiecto passibili. Consequēter cum dicit.

Defectus aūt cum frigiditate:quod est dictū est.Fit aūt aut propter motum aīalium:expellit eni digerens.

Explanat eam.& quia defectus caliditatis nō est causa positiua.primo manifestat causam quandā positiuā molinsis q̄ necessario consequit ipm.& modū quo fit molinsis ex illa.Secūdo cū dicit. Et defectus aūt. Declarat unde causat defectus caliditatis. in pma parte dicit ꝙ prius dictum est capitulo de putrefactione.ꝙ defect⁹ caliditatis solum in mixtis corporib⁹ est cum frigiditate quadā dico aūt in mixtis quia in simplicib⁹ nō est ita.aer eni deficit a caliditate iguis. & tamē non habet frigiditatē aliā.sicut dictum fuit in primo huius. frigiditas aūt cōsequēs defectum caliditatis est posita quidem cum aqua fit molinsis.quia scilicet sit frigidum mouet motu alio & contrario quā calidū.quia eni calidū ꝙ est in humido circūfuso digerendo nō mouet humidū indeterminatū. sed a motu frigidi in contrariū facto ꝓpellit & ꝓhibet,causat molinsis indigestio. Deinde enim dicit.

Et defectus aūt aut propter multitudinē frigiditatis in humido aut propter multitudinē que in ephesim patiente. Tūc eni accidit eā que in humido caliditatē ampliorē quidē esse qua ut non moueat:minorē aūt qua ut regulet:& condigerat.

Declarat unde est caliditatis huiusmōi defectus primo. Secūdo cū dicit. Propt quod duriora. Cōcludit correlariū.primo igit dicit.ꝙ defectus caliditatis digerentis in humido accidit ꝓpter alteram duarū causarū.aut.s.quia humidū ꝙ in circuitu plus habet de frigiditate quā de caliditate digerente ꝙ eni plus habet de uno cōtrario magis deficit ab alio.aut quia in eo ꝙ debet epsesim pati est superhabundās humiditas respectu calidi contingit caliditatē existentē in humido circūfuso maiorē esse quam nino nō humidū intermina tum.minorem aūt quam que possit ipm perfecte. ipm & digerere ꝫm exigentiā nature in cuius uirtute agit in omni eni indigestione oportet humidum digeribile aliquo modo moueri a calido sed iperfecte potest non optineri super ipm.Et est itelligendū ꝙ uno mō dicūtur motus cōtrarii simplr qui a cōtrariis incipiunt & ad cōtraria terminātur.sicut de albatio & denigratio.& sic digestio & indigestio nō sunt motus cōtrarii.tū quia ab eodem termino incipiunt.puta ab interminato humido. tū quia nō terminātur ad simplr cōtraria.sed ad media inter ipa primo q̄ sūt cōtraria ꝫm quid.Alio modo dicuntur motus cōtrarii ꝫm quid eo ꝙ sūt ad terminos differētes ꝫm perfectū & imperfectū & plus & minus concludūt aliqd de contrario.sicut mediū inter extrema & sicut digestio que incipit ab humido interminato.& terminat ad ipm ut terminatū & cōueniēs est nature digerēti & indigestio sibi opposita que icipit ab eodē humido.& terminat ad aliqd circa terminū cōuenientē.nec sunt motus contrarii ꝫm quid & impfecte. Consequenter cum dicit.

Propter quod duriora quidē q̄ molinsim patiunt fiūt quā ephesim passa.Humida aūt determinata magis.

Cōcludit correlariū dicē s ꝙ pter uāc iproportionē calidi digerētis ad humidū digerendū nō potētis sup ipm illa q̄

passa sunt moliusim duriora sunt quam epsesim passa. calidũ eni agens aliquo modo in humidum mouet ipm aliquid dissoluẽdo. sed ꝑpter ĩpotentiã non potest educere. ꝑpter ꝙ remanent molinsim passa duriora. & ꝑpter eandem improportionẽ humida moliusim pacientia determinata fiunt. ita ut hoc qdem ĩporum fit coagulatũ & constans aliud aũt diffluens. sicut apparet in lacte cuiꝰ altera pars qñq₃ patitur: mloinsim qñq₃ cõstat in caseum. alia aũt diffluit in serum nõ bene digesta. Vltimo cũ dicit.

Ephesis aũt & quidem igitur & molinsis dictum est: & quid est: & propter quid est.

Recapitulat dicẽs ꝙ de ephesi & molinsi quid est unũquodq₃ horum. & propꝫ quã causam dictum est. Et est aduertendum ꝙ determinãs de molinsi tñ determinat de dicta principal'r. nõ faciẽs mẽtionem de modis methaphorice dictis. eo ꝙ iuxta modos ephesis methaphorice dicte apparent modi molinsis dicte methaphorice eis correspõdẽtes.



Ptesis aũt est digestio a caliditate sicca & aliena.

Postquã determinauit philosophus de pepãsi & ephesi & de cõtrariis earum. intendit nunc determinare de opthesi & scathesi sibi cõtraria. & diuiditur in duas. quia primo determiat de opthesi. Secũdo cũ dicit. molinsis qdem igitur. de scathesi sibi cõtraria. circa primũ primo premittit diffinitionẽ continentẽ causam agentẽ eius. Secundo cum dicit. Propter ꝙ & siquis. Declarat eam quantũ ad causam dictam. dicit igitur opthesim esse digestionẽ a caliditate sicca & aliena. dicit aũt esse digestionem fm genus. dicit aũt fieri a caliditate sicca ad differentiã ephesis que fit a caliditate & humiditate. a caliditate aũt aliena. quia ab extrinseca eiꝰ ꝙ digeritur. nõ aũt ab eo quod digerit. omne enim quod digeritur. digeritur a caliditate naturali ei ꝙ digerit ꝑ se. sicut enĩ dictum est prius in diffinitione digestionis. ꝙ est perfectio a naturali & ꝓprioꝰ calido ex oppositis passiuis. Consequẽter cum dicit.

Propter quod & siquis ephesim exercens facit permutari & digeri nõ ab humidi caliditate: sed ab ea q̃ ignis: cum consumatũ fuerit: assum fit: & nõ elixatum: & excessu adustum esse dicitur. A sicca autẽ caliditate fit: cũ citius fiat cõsumatum.

Declarat opthesim fieri caliditate sicca per se ꝙ ponitur in diffinitione. sicut iam dicantia substantiã diffiniri nõ possint determinari. quia a substãtia & ꝙ quid erat esse nõ est demõstratio. id tñ ꝙ ponitur in diffinitione sed causa diffinitĩ bene potest demõstrari. aut per aliã causam eiusdem. sicut efficiẽs determinaꝛ ex fine aut saltem demõstratione qa & per effectũ sicut in ꝓposito ostenditur opthesis fieri a caliditate. sicca per effectum. primo igitur facit ꝙ dictum est. Secũdo cum dicit. Opthesis quidẽ igiꝛ. cõparat opthesim & ephesim fm naturã factas ad easdẽ fm ꝙ fiũt arte idest pouit duas rõnes. secũda cũ dicit. Prpter ꝙ & exteriora. in prima parte dicit ꝙ propter hoc ꝙ opthesis fit a caliditate sicca si aliquis uolens exercere epsesim elixandũ faciat permutari & digeri nõ a calido humido circũfuso. sed a caliditate ignis cum perfecta fuerit opthesim passum est ꝙ adustum excellẽter sed nõ lixatum sed epsesim passum sicut ad sensum est manifestũ. hoc autẽ alex. accidit quãdo aqua fuerit modica. & ignis inualescit super illud ꝙ decoquitur desiccans ipm: qm̃ cum excedit in decoctis ab aqua caliditas ignis. adusta dicũtur tanquã ab igne patientia est hoc. ex quo apparet ꝙ lixatum positũ in calido humido. cum fuerit passum nõ a calido humido fm ꝙ huiusmõi. sed a calido ignis opthesim passum est & assum factũ nõ lixum. sed omne siccum & adustum factum eum perfecta fuit digestio de necessitate hoc patiꝛ a calido sicco uꝉ actu. uel uirtute. calidũ enĩ a calido & siccũ a sicco generatur uel actu uel uirtute. opthesim igitur passa patiunꝛ fm ꝙ huiusmodi a caliditate sicca ꝙ erat propositũ. Deinde cum dicit.

Propter quod & exteriora ſicciora ĩ
teriotibus.elixata aũt contrariũ. Et
opus eſt manu artificiũ maius aſſa-
re quã elixare. Difficile enĩ exterio-
ra & interiora regulariter calefacere
Semper enĩ propinquiora igni deſic
cantur citius. Quare & magis cõclu
ſis igni exteriorib⁹ poris non poteſt
ſegregati intus exiſtens humidũ.ſed
includit̃ cum pori recluſi fuerint.
Ponit ſecundã rõnem ad idem dicens.
ꝙ ꝑpter eandẽ cauſam in opthesim paſ
ſis exteriora ſicciora ſunt quã interiora
quia ſuperficies eorũ exterior deſiccata
eſt a calido igneo prope non ſegregato
humido intrinſeco a ꝑtibus ĩteriorib⁹
exterioribus cõpactis & cõſertis a cali-
ditate ꝑdicta.ſed in epſeſim magis ecõ-
rrario exteriora ſunt humidiora nteri
orib⁹.qm̃ exteriora a calido humido di
gerente humectant̃.interiora uero pro
pter ſegregationẽ humidi exſiccant̃. &
propter hoc opus maius & difficilius ẽ
manu artificialib⁹ uolẽtibus.ſ.per artẽ
operati aſſare quã elixare uolentẽ enim
per artem digerere oportet interiora &
exteriora regulariter & ꝑporcionaliter
ſm ꝙ contingit calefacere.difficile aũt
eſt interiora & exteriora regulariter &
ſimil̃r calefacere ſemper enĩ propinqua-
ri igni calefacta pri⁹ & ab igne deſiccã
tur citius propter ꝙ & magis.ſ.ſiccãtur
rum qa ꝑpinquiora ipi.tum qa diutius
patiunt̃ ab eo.ergo exſiccatis operibus
& cõpactis poris.humidũ ĩterius paſſũ
a calido.& nõ poteſt egredi exteri⁹. ſed
reflectitur interius quãdo pori ꝯfuerint
recluſi ꝑpter exſiccationẽ. Conſequen
ter cum dicit.

Opteſis quidẽ igitur & epheſis fuit
quidẽ arte. Sũt aũt ſicut dicim⁹ ſpe-
cies naturaliter eedẽ & nature: ſimi-
lis enĩ que fiunt paſſiones ſed inoĩa
te. Imitat̃ enĩ ars naturã: quoniã & a
limẽti ĩ corpe digeſtio ſimilis ephe-
ſi eſt.& enĩ in humido & calido a ca
liditate corpis fit,& indigeſtio ſimi
lis molinſis.

Cõparat opthesim & epſeſim factas per
artẽ ad eaſdem factas per naturã. Secũ-
do cũ dicit. Et animal nõ fit. Remouet
quorundã errorẽ iuxta quoddã dictum
iuxta primũ eſt intelligẽdũ ꝙ opthesis
& opſeſis & uniuerſal̃r oĩs digeſtio ꝑper
ſe a natura fit.oĩs enĩ digeſtio alteratio
q̃dam eſt. proximũ aũt principiũ alrera
tionis eſt calidũ aut frigidũ actu uł uir
tute.que ſunt uirtutes naturales.ars ãt
ſolum operat̃ mouẽdo ſm locũ non per
calidum & frigidũ alterãdo ſm ꝙ huiuſ
modi.ergo ĩmediate fiunt a natura.di-
cuntur tamẽ fieri qñꝙ ab arte.quia na-
tura facit eas per adminiculũ artis. ars
enĩ mouendo ſm locum corpa actiua &
paſſiua.appropinquat actiua paſſiuis.q
bus aproximatis natura de neceſſitate
agit.ſm mẽſurã aproximatiõis & apro-
ximatorũ.dicit ergo ꝙ opthesis & epſe-
ſis fiunt quidem aliquãdo arte. hoc eſt
per adminiculũ artis. Et ipe eedem ſm
ſpẽm fiũt a natura ſiue artis adminicu-
lo quãuis nõ ſint ita noĩate.quia digeſt i
ones huiuſmodi prout fiũt ab arte ma-
gis ſunt nobis manifeſte.magis aũt no
ris prius nomia ĩponim⁹.ꝙ aũt ſunt ſi-
miles patet.qm̃ ars imitat̃ naturam ſm
ꝙ poteſt.ars enĩ eſt habit⁹ factiuus qui-
dam. Sicut dicit̃ ſexto ethicorũ. Oĩs aũt
habitus cum ſit cognitio cauſatur ex re
bus & poſterior ſit eis. Si igitur ꝯeffect⁹
imitatur cauſam.ars naturam imitatur
& poſterior eſt ea.ſi igit̃ ſpẽs huiuſmõi
fiunt ab arte quoquomõ prius ſimiles fi
unt a natura. Secũdo quoniã digeſtio a
limẽti recepti in partibus animalis.ali-
quãdo ſimilis eſt epſeſi.qm̃ fit aliquãdo
a caliditate humida minori ſm ꝙ huiuſ
modi.& indigeſtio eius.aliquando ſil̃is
eſt incluſi.puta cum fit propter indigẽ
tiam calidi humidi.ſm ꝙ huiuſmõi. ali
quãdo enim ſimilis eſt optheſi. puta cũ
digeſtum fuerit a calido exſiccante hu-
miditatẽ.& dicitur alimentũ aduſtum
eſſe & indigeſtio aliquãdo ſimilis ẽ ſca-
theſi.puta cum fit propter indigentiã
caliditatis ſicce & aliene. Conſequẽter
enim dicit.

Et animal nõ fit in ipa digeſtione: ſi
cut quidam aiunt: ſed in ſegregatio-
ne putrefacta in inferiori uentre: de
inde aſcendit ſurſum: digeſtũ eſt enĩ

in ſuperiori uentre. Putreſcit aũt in inferiori ſegregatũ: propter quã aũt cauſam dictum eſt in alteris.

Remouet errorem quarundã qui dixerunt. aliã quedam indigeſtione alimẽti in ſuperiori uẽtre puta in ſtomacho generari. dicens ꝙ animalia que generantur in interioribus animaliũ nõ generantur in ipa digeſtione. puta in ſtomacho ſicut aliqui putauerunt. quoniã in ipſo ſtomacho ſecũdũ aluendõ calor ſufficiens digeſtioni uiget unde nõ ſolom digerenda mouet ſed uincit & digerit quia non poteſt ibi fieri corruptio alimenti. ergo nec putrefactio. huiuſmodi animalia ex putrefactis naſcũtur ut dixit prius. ſed in ſuperiori uentre puta in inſtentinis in quibus uiget minus calor naturalis contingit ea generari. ibi enĩ propter defectum caloris naturalis contingit putrefieri alimentũ ex quo generãtur ſm modum dictum pri⁹ ibi autẽ generata quãdoꝗ aſcẽdunt ſuperius ad uentrem ſuperiorem. & euomuntur. aliquãdo propter cauſam dictam. in aliis. ſ. in libro de ꝓbleumatib⁹ quãtũ tamẽ in libro ꝓbleumatũ quem habemus ab Ariſtotile. Nõ memini me legiſſe. uerum tamen ꝙ aſcendant. qm̃ in ſuperiori uentre eſt maior humida natura humidi dulcis quoniã nõ ſolum nutrit. quod aũt eſt in inferiori amarũ eſt magis. cum ſit ſuperfluum. cauſa igitur alimẽti aſcendunt. ſicut piſces aliq aſcendunt a mari ad aquam dulcem. Deinde cum dicit.

Molinſis quidem igitur ephesi contrarium. Ei autem que ut opthesi dicte digestioni eſt quidem aliquid oppositum similiter. minus autem nominatũ. Erit autem utiꝗ: si fiat statensis: sed optesis propter defectum caliditatis. que accidet utiꝗ aut propter paucitatem exterioris ignis: aut propter multitudinẽ aque que in eo quod opthesim patitur. Tunc enim plus quidem eſt quam nõ mouet: minor autem quam ut digerat.

Determinade indigeſtione ſibi oppoſita dicens quod molinſis eſt indigeſtio epheſi contraria. digeſtioni autem naturali que eſt ut optheſis io artificiatis. i. que eſt ſimul optheſi ſecundũ artem facte. eſt autem indigeſtio contraria que minus nominata eſt quia minus eſt manifeſte predictis. Sed uidetur eſſe indigeſtio quedam ſimul ſcatheſi iodigeſtio nt facte ſm artem & oppoſite optheſi in arte. nõ autẽ ipſi optheſi. Eſt autẽ diffinitiue indigeſtio humidi interminati facta propter defectum calidaris ſicce & aliene. cũ optheſis cui oppoſiti ſit digeſtio a calidirate ſicca & aliena. defectus aũt huiuſmodi caliditatis fit ꝓpt alterum duorum aut. ſ. propter defectum ignis exſiccãtis uel aſſãtis. aut propter habundantiã humidi interminati in eo quod debet aſſignari. tunc enĩ calidum ſiccum exteri⁹ amplius eſt quam ꝙ oĩno nõ moueat ipm̃. minus aũt quã quod perfecte poſſet mouere & digerere ſecũdũ exigentiã nature in cuius uirtute agit ipm̃ calidum ſiccum. Vltimo cum dicit.

Quid quidem igitur eſt digeſtio & indigeſtio: & pepanſis: & homotes. & epheſi: & optheſis: & cõtraria his dictum eſt.

Recapitulat dicta dicens dictum eſſe. quid ſit digeſtio. & qd indigeſtio in uniuerſali. adhuc autẽ in ſpeciali quid pepanſis & omothes ſibi contraria. Et iterum quid epheſis & obtheſis & indigeſtiones eis cõtrarie. puta molinſis & ſcatheſis. & propter quas cauſas unũquodꝗ horũ fiat. Eſt aũt intelligendũ ꝙ quidam crediderũt huiuſmõi animalia generata in interiorib⁹ animaliũ generari in uentre ſuperiori puta ut in ſtomacho. dictum eſt utenres ratione & ſigno ratione quidem. quoniã huiuſmodi animalia generatꝰ ex putrefactiõe alimẽti. ubi igitur cõuenit putrefieri alimentũ poſſunt generari huiuſmodi animalia. ſed in ſtomacho putrefit alimentũ. qm̃ in ſtomacho corrumpitꝰ alimentum naturali corruptiõe ut uidetꝰ. naturalis aũt corruptio mixtorũ ſecũdũ ꝙ mixta ſũt eſt putrefactio ſicut dictum eſt prius. ergo poſſũt huiuſmõi animalia generari in ſtomacho. Signũ aũt accipitur qm̃ in mortuis aĩalibus cum aperiuntꝰ inueni

untur. item eiiciunť aliquādo per uomitum. aliquādo etiā inuēt⁹ est homo cui ꝓpter īfirmitatē uermes dicti astarides pforauerūt stomachū. ꝙ aliqui medicorum experti dicunt. hoc aūt nō uidetur esse ut dicunt nisi in ipo generētur. ergo &c̄. Sed hoc est expresse cōtra aristotilē qui dicit. Animal nō fieri in ipa digestione sicut qdam aiunt. sed in segregatione putrefacta in inferiori uentre. ꝓpter ꝙ uideť esse dicēdū. ꝙ huiusmōi regulariter nō generātur in stomacho cui⁹ ratio potest esse. qm̄ huiusmōi animalia generanť ex humido passibili. & a calido habēte in uirtute formā generandā & ex cōtinuitate. & orbe sicut dictum est pri⁹ resolutis ex corrupto per calidum exterius. nisi igitur calor exterior uiget super huiusmodi humidum ut optineat trahendo ad se non uidētur generari. si enī in putrefactis exterius calor cōtinuitatis ita fortis esset ut humidum resolutū ex ipis statim traheret optinēdo simplr non fierēt huiusmodi animalia. in stomacho uero calor regulariter magis uiget cum ꝓpter ꝓximitatem cordis & fellis & epatis. tum ꝓpter naturam cōplexionis ꝓprie. ita ut regulariter optineat super alimentū & humidum totum resolutum ex ipo attrahatur ad epar & grossum terrestre sicut superfluū repelleť. ideo regulariter huiusmodi animalia in ipo nō generātur in inferiori aūt uētre ubi minus uiget calor digestiuus ad quem ꝓpellitur dictū superfluū. & ibi putrefactio inchoata ī superiori magis ducitur ad perfectionem. magis uidētur regulariter generari. superfluū enī nutrimēti īferius propulsum ꝓpinquius est putrefactio. & iā a calore continētis resoluitur humidū aliquod ab eo. i. calido. & a calido debili partis illius ꝓpter debilitatē eius. & quia minus cōueniēs nature nō atrahitur. & ideo ex illo fiunt ibi huiusmodi aīalia fm modū dictū prius diuersa in quātitate & figura fm diuersitatē humidi ex quo. & calidi a quo generanť. dixi aūt regulariter ipa nō generari in superiori uētre puta in stomacho. qm̄ si stomachus a regularitate nature declinet ꝓpter infirmitatē ita ut nō optineat super humidū resolutū ex nutrimēto ꝓpter defectum calidi. nihil prohibet ex humido illo a calido segregato cum eo generari huiusmodi aīalia. quēadmodū cōuenit ea generari in epati ꝓpter irregularitatē calidi ex īfirmitate. & etiā ꝓpe cor. qnq; in matricibus mulierū scripserūt aliqui medici enī mulieres salernitanas parere qnq; buffones ꝓuos ꝓpter causam ꝑdictā. inferiori aūt uētre magis generanť in intestino ꝙ dicitur orbis seu ma   in quo colliguť feces supflue. quousq; fuerint ī magna quātitate ꝓpter moram factam in illo. Quod aūt arguiť in oppositū ꝙ alimētū putrescit in stomacho pōt dici ꝙ nō. quia putrefactio mixti p resolutionē in simplicia sicut dictum est. ꝙ nō cōtingit in stomacho. sed inchoať ibidē & perficiť magis in inferiorib⁹. itē dato ꝙ ibi fiat putrefactio calore stomachi putrefact in optinēte totum trahitur fm modum dictum. Quod autē arguitur per signa ꝙ inueniunť in stomacho & euomunť & perforāt ipm qnq;. Dicendū ꝙ hoc contingit quia ascendunt ab inferiori. aut ꝓpter habundātiā alimēti cōuenientis. aut ꝓpter caliditatē maiorē existentem superius. quia quādoq; generāeur ibidē propter infirmitatē sicut dictū est.

Passiuorum autē humidi & sicci dicendū spēs.

Cum determinauit phūs de passiōibus & opationibus attributis principalit uirtutibus actiuis. q̄ sunt calidū & frigidū. intēdit determinare cōseqnter de eis q̄ attribuūť principalr passiuis q̄ sunt humidū & siccū. & pmo ꝑmittit itētionē suā dicens. ꝙ post predicta dicendū est de specieb⁹ opationū & passionū que attribuunť passiuis primis q̄ sūt humidū & siccū sicut causate ab eis. & sicut medie īter ipas fm naturam. & eas in rōnibus suis recipientes. Consequēter cum dicit.

Sunt autē principia quidē corporū passiua humidū & siccum.

Prosequiť. & primo ponit q̄dā necessaria & utilia ad cognitionē. secūdo cū dicit. Corpaliū aūt. incipit determiare de ꝑdictis passiōib⁹ & opationib⁹. ꝑmittit aūt primo aliqd de ꝑmis harū passionū & de habitudine ad illa principia & ad se inuicem. primo igť premittit q̄ sunt

principia prima huiusmodi passionum Secundo cũ dicit. Alia aũt. Quedam de habitudine ipsarum ad dicta principia & ad se inuicem. tertio. cũ dicit. Dicuntur aũt ppriissime. Declarat quomõ huiusmodi principia prima que sunt humidum & siccum. ad elemẽta quedã puta terram & aquam se habẽt. in prima parte dicit ꝙ principia per se passionũ naturaliũ in corpibus naturalibus sunt humidũ & siccum. & hoc apparet ex dictis in principio huius q̃rti. ubi probauit ꝙ iter qualitates primas humidum & siccum sunt passiue primo. calidũ & frigidum actiue primo. sed intelligẽdũ est ꝙ corpa naturalia possunt considerari ꝭm ꝙ substãtie sunt determinata per forma substantialẽ. & sic primũ principiũ passiuũ eorum est materia prima q̃ est subiectũ forme ipsorum: non aũt humidũ siccum. possunt etiã cõsiderari ꝭm ꝙ accidẽtia & passiua proxima actione & passiõe naturalib' que fiunt per alterationẽ. & q̃a corpa naturalia nõ agunt proximo nisi mediãtibus qualitatibus tangibilib' primis. humidũ & siccũ que sunt passiue primo sunt principia passiua eorum ꝭm ꝙ huiusmodi. & sic intendit hic. Deinde cum dicit.

Alia aũt mixta quidem ex his. Cuiuscunq; aũt magis huius magis secundum naturam sunt: puta hec quidẽ sicci magis: hec aũt humidi.

Premittit quedam de habitudine ipsarũ ad dicta principia. & primo p̃mittit habitudinẽ passionũ corporũ mixtorũ. ad principia prima earũ in essendo ex eis. Secũdo habitudinẽ ipsarũ adinuicẽ cũ dicit. Oĩa hec quidem actu. tertio cum dicit. Quoniã aũt est. habitudinẽ ipsarũ ad eadẽ. in fiendo ex eis. in prima parte primo premittit duo. Primũ quidẽ est ꝙ cum humidũ & siccum sint principia pma passiua. alia mixta. i. oẽs alie passiones tangibiles mixtorũ sunt ex illis. sicut mediũ inter extrema est ex illis extremis. ut palidũ ex albo & nigro. prima enĩ in utroq; genere sunt principiũ oium aliorũ sequentiũ naturã. Secundũ est ꝙ huiusmodi materie sint ex altero magis & ex altero minus. sicut apparet e. x. x. methã. Cuiuscũq; fuerit magis & a predominio huius dicũtur esse. quia plus habẽt in uirtute de illo. nunc autẽ passiones mixtorũ ꝭm naturã sic se hñt ꝙ cũ sint medie inter humidũ & siccũ. quedã ipsarũ sunt magis sicci. puta que plus habẽt de sicco uirtute. quedã autẽ humida adñio. omne cõpositũ est ex altero magis. & altero minus. quedã igit̃ earũ dicet̃ seu denoiabũt̃ a sicco. q̃dam aũt ab humido. Deinde cum dicit.

Omnia aũt hec quidẽ actu erũt: hec aũt in opposito. Habet aũt sic liquatio ad liquabile. Quoniã aũt est humidũ bene terminabile. siccũ autem difficile terminabile simile aliquid pulmẽto & condimẽtis adinuicẽ patiunt̃: Humidum enĩ sicco causa terminari: & utrũq; utriq; uelud colla fit: sicut Empedocles fecit in phisicis farinã aque cõclutinãs. Et ppter hoc ex ãbobus est terminatũ corp9.

Premittit quandã habitudinẽ earũ inter se dicens. qm̃ oium huiusmõi passionum corporũ mixtorũ. quedam quidẽ sunt actu. ꝭm ꝙ huiusmodi. quedã aũt supposito. i. in potentia respectu aliorũ ꝭm ꝙ huiusmodi. potentia enĩ & actus sunt prime due differentie entis. & reperiunt̃ in quolibet genere. sic autẽ ad inuicẽ se habent liquatio & liquabile. liquabile enim determinat̃ ex eo ꝙ põtest liquefieri. liquescit aũt q̃ actu illud cui liquefactio inest. cõsilr se habent in uicẽ coagulare & coagulatio. tertio cũ dicit. Quoniã aũt ẽ humidũ. Premittit qualiter se habent humidũ & siccũ in causãdo alias & qualiter miscent̃ dicẽs ꝙ quia humidũ est bene terminabile in terminatũ enĩ existẽs pprio termino bene terminabile est termiatũ & figuratũ per cõtinẽs. siccũ aũt male terminabile termio cõtinẽtis. ppriã enĩ hñs figurã & pprĩũ terminũ ex se non cõfigurant̃ de facili cõtinẽti cũ miscẽtur adinuicẽ patiunt̃ pporcionaliter pulmẽto & condimẽtis mixtis adinuicẽ. cũ enĩ pulmẽto admiscet̃ sal cõdiẽs ipm̃. nõ cõuenie̅ns pri9 ad esũ factũ est cõueniẽs utriq; aliquid cõferẽte. similr quodãmõ se humidum & siccum iuxta inuicem. siccum enim non bene terminabile accipit ab humido bene terminabili quod possit

possit terminari. humidũ etiã ꝙ ex diffunditur & dispergirur consistentiã accipit a sicco. & sic utrumq; utriq; fit. q. rolla. i. colligario quedã. humidũ enim per siccum consistit in se. & siccum per humidum terminaẽ exterius. quẽadmodum empe. docuit facere in phicis trãsmutatiõibus docens aquã humidã existentẽ misceri farine sicci existenri ad cõglutinandũ. & propter hoc corp⁹ cõstans & terminatũ est ex ãbobus. s. sicco prebente consistentiã humido in se. & humido prebẽt eterminationẽ sicco exterius. Consequẽter cum dicit.

Dicuntur aũt elemẽtorũ propriissime sicci quidem terra. Humidi autẽ aqua.

Premittit quomũ se habeant siccnm & humidum ad rerrã & aquam. & primo premittit conclusionẽ suam dicẽs. ꝙ cũ unũquodq; elemẽtorũ sit unius quattuor qualitarũ primo. sicut apparet ex secũdo de generatiõe de numero elementorũ terra primo & pricipaľr sicca. aqua aũr humida. Deinde cum dicit.

Propter hec oĩa terminata corpora hic nõ sine terra & aqua. Cuiuscunq; aũt plus secundũ potentia huius unũquodq; uidetur.

Probat ipam secũdũ per duas rationes quarum ponit cum dicit. Et in terra & aqua. ponens igitur primũ dicit ꝙ propter hoc ꝙ terra est primo sicca. & aqua humida. magis ad sensũ accingit ꝙ oĩa corpa terminata existentia sunr ex terra & aqua. sicur ex materia. cum sint alterius qualiratis magis puta ꝙ sicci aut humidi. cuiuscunq; enĩ fuerint ẽm porentiã a dñio. s. terre uel aque dicunẽ esse. puta que sunt sicca adñio dicuntur esse terre. puta lapis & lignum: que aũt humida dicũtur esse aque. pura uinum uel mel. & est uirtus rationis sue que sunt sicca adñio sunt ipius terre. ergo simľr siccum principaľr est rerra. Est autẽ adnerrendũ ꝙ dicir terram propissime est sicci quia in ipa primo inuenit. similit & primo in igne autẽ inuenit per calidum exsiccans. aquam autẽ dicir humidam esse quidẽ. sed nõ propriissime. nõ enĩ est primo humida. sed aer prius sicut apparet ex secũdo de generatione. Est tamẽ humida ad sensum & humidũ eius magis proporcionaẽ sicco terrestri in mixto. Deinde cum dicir.

Et in terra & in aqua animalia ĩsulũ sunt. In aere aũt & in igne non sunt: quia corporũ materia hec.

Ponit secundã rationẽ dicens ꝙ ꝓpter eandẽ causam in terra & aqua fiunt & sũt naturaliter & uiuũt animalia. quia omnia corpora naturalitet generantur & saluãtur in suis locis naturalibus. locus autẽ naturalis animalia que sequiẽ elementũ dominãs in ipis sunt terra & aqua quotũ sunt adñio sicut ostẽdit motus & quies eorũ. ergu naturaľr in ipis fiunt & sunt. in aere autẽ & in igne nũ sunt nec quiescunt natura. quia animalibus oportet ꝑsupponi materiã ex qua fiũt & sunt ẽm naturã adñio. huiusmũi aũt materia est aqua & terra. que nõ sũt in igne & aere. Quod aũr aues fiant in terra & nũ in aere ad sensum est manifestũ. & si arguat aliquis ꝙ mouẽtut in aere motu naturali eorũ. quare ibi quiescunt & sunt natura. Dicẽdũ ꝙ duplex est motus uolatiliũ. unus quidem eorũ est ẽm ꝙ mixta sunt uirtute. s. elementi dominãtis in ipis. & iste est ad locũ naturalem eorum in quo ẽm naturã quiescunr. & hoc motu mouentur ad terre supficiem. alius aũt motus eorũ animalis qui sequiẽ apprehẽsionẽ per se. & talis nõ de necessitate est ad locum naturalẽ. ẽm ꝙ naturalis. sed ad locũ apprehensum ẽm ꝙ apprehẽsus. nec simplicit naturalis. sed aliquid habẽs uiolẽtie inducit enĩ fatigationẽ. unde nõ oportet ꝙ in loco ad quẽ est huiusmõi motus generẽtur uolatilia & maneant. sed magis in naturali simpľr. Cõsequẽter cũ dicit.

Corporaliũ aũt passionũ has primas necesse existere terminato duriciem aut moliciem. Necesse igitur quod ex humido & sicco aut durum esse aut molle.

Premissis eisq̃ necessaria sũr ad ꝓpositũ ĩcipit determinare de passiõib⁹ corporũ termĩatorũ q̃ medie sũr ẽm naturã ĩter humidũ & siccũ. & primo assignar rationes & causas eorũ. Secuudu cum dicit

His aũt & passionibus. Determinat de ipis per cõparationẽ.ad corpora quorum sunt differẽtie quedã.tertio cũ dicit. Qm̃ aũt hic humidũ.per cõparationem ad naturas eorum corporũ primorum q̃ manẽt uirtute in habẽtibus ipas & quia durum & molle primo causant in corporib⁹ terminatis ex mixtione humidi & sicci.primo determinat de ipis. secũdo cũ dicit. Necesse aũt dicunt. qa causant ex ipis per coagulationẽ & liq̃factionẽ determinat de ipis & cõuenientibus.circa primũ primo determĩat de duro & molli. rõnes eorum assignans. Secũdo cum dicit. Qm̃ aũt ad sensum. Dat rationẽ cuiusdã dicti.in prima pte primo probat ꝙ durum & molle primo causant in corpibus terminatis in mixtione humidi & sicci. Secũdo cũ dicit. Est aũt durum. Ponit rõnes eorũ dicit igitur ꝙ inter oẽs passiões corpales terminatorũ corporũ ẜm ꝙ huiusmõi.primo de necessitate sunt durum & molle. omne eñi corpus terminatũ ẜm ꝙ tangibile cõpositũ est ex sicco & humido.sicut apparet ex dictis.omne ãt cõpositũ ex humido & sicco ẽ ex altero magis & minus ex altero.si eñi equarẽtur in ipo oĩno nõ haberẽt motum & locum.cum omne corp⁹ mixtum moueatur ad locũ uirtute elemẽti dñantis in ipo.sicut dicitur primo de celo. Si igit̃ fuerit sicci adñio erit durũ.si ãt humidi erit molle Sic eñi durum & molle dicim⁹. ostẽdet eorũ rõnes q̃s cõseq̃nter ponit cũ dicit

Est aũt durum quidem quod non cedit in seipm̃ secũdũ supficiẽ. Molle aũt quod cedit nõ econtra circumstãdo.aqua eñi nõ mollis. Nõ eñi cedit impressioni superficies in profũdũ: sed econtra circumstat:

Ponit eorum rationes.& primo duri & mollis simpl'r.cum dicit. Simpl'r quidẽ igit̃.duri & mollis ĩ respectu.quia aũt durum & molle sunt per se tangibilia. & tangibilia dicũtur ad tactũ.cuius sũt per se motiua.diffinit ea per cõparationem ad tactum dicens.ꝙ durũ est ꝙ nõ cedit in se ipm̃ ẜm supficiem. hoc est ꝙ a ppositũ tangenti nõ cedit superficiem eidem.ita ut cõtrahat̃ in se ipm̃.molle aũt est ecõtrario.quod cedit tangẽti ẜm superficiẽ nõ extra circũstando ipm tãgens ꝙ dicit quia aqua & aer cedunt q̃dem tangenti ẜm superficiẽ.quia tamẽ sic cedunt ꝙ diuersã circũstent ipm nõ dicũtur ꝓprie mollia. Deinde cũ dicit.

Simpliciter quidẽ igitur durũ aut molle quod simpliciter tale:ad alterum aũt quod ad illud tale:ad inuicẽ quidẽ igitur indeterminata sũt per magis & minus.

Ponit rõnes mollis & duri in respectu dicẽs.ꝙ cum corporũ terminatorũ quedam dicunt̃ dura & mollia simpl'r & absolute.alia aũt ẜm quid & in respectu. in quibusq̃ idem cõparatũ ad unũ dicit̃ molle.& ad aliud dicit̃ durum. durũ & molle simpl'r & absolute dicta sunt que sũt talia absolute & simpl'r.'durũ q̃dem nõ simpl'r cedens ẜm supficiem. molle aũt simpl'r.cedens ẜm supficiem nõ circũstando.durum aũt molle ẜm quid & in respectu dicũtur que sunt talia in respectu ad aliud.durũ q̃dẽ respectu alicuius ꝙ respectu illius nõ cedit.& ẽ minus durũ illo.molle aũt ĩ respectu illi⁹ cedit tangenti.& est minus tale illo.durum igit̃ & molle in cõparatione ad aliud indeterminata est ẜm magis & min⁹ quia ad infinita cõparari possunt ẜm magis & minus dicta aũt simpl'r sunt determinata.qm̃ se includunt illud a quo terminãtur.s.perfectionẽ illorum. Consequenter cum dicit.

Quoniã aũt ad sensum oĩa iudicam⁹ sensibilia:palam ꝙ & durũ & molle simpliciter ad tactum determinauimus tanquã medietate utẽtes tactu: propter quod excedens quidem ipm̃ durũ:deficiẽs ãt molle esse dicim⁹.

Dat rõnem ꝓpter quã diffiniuit durũ & molle p cõparationẽ ad tactũ dicens quãdo oĩa sẽsibilia ẜm ꝙ sẽsibilia sensu diui dicam⁹qui per se ẽ cõprehẽsiuus eorũ.durũ aũt & molle sũt per se sensibilia seu tactus.manifestũ est ꝙ cõsequẽter determinãda sũt & diffiniẽda per habitudinẽ ad tactũ. sensus eñi tactus cõsistit.q.in q̃dã media rõne q̃litatum tãgibiliũ quia nõ sic cõprehẽdit tãgibilia oĩno.sicut uis⁹ uisibilia.uisus

enĩ nõ habens aliquẽ alienũ colorẽ proprium cõprehedit spẽs oĩum colorũ. tactus aũt nõ sic. quia ĩpossibile ẽ corp⁹ aĩalis cum sit mixtũ nõ habere q̃litates tangibiles ſm aliã rõnẽ. ꝑpter ꝙ tactus qui est necessarius aĩali propter esse existit cũ quadẽ proportiõe q̃litatũ tangibiliũ unde dicit ꝙ tm̃ excedens & defficiens ab illa rõne media ꝑcipit. & nõ oĩno simile. sicut dicit in li. secũdo de aĩa. propter ꝙ excedens huiusmõi rationẽ mediam tactus durum dicit quia nõ cedit eam defficiens molle autẽ qm̃ nõ cedit. Est aũt considerandũ ꝙ alex. hic dicit. ꝙ sensus tactus nõ oĩa tangibilia sentit. sicut uisus oẽs colores. qm̃ ſm aristo. similiter durũ aut molle aut calidũ aut frigidũ nõ sentit aliquid ſm ꝙ huiusmõi a quo moueat. sentiri enĩ cõsistit in quandam moueri. cõsilr̃ duro aut calido non mouetur ſm ꝙ huiusmodi. quia mouẽs ſm ꝙ mouẽs optinet super motum. sile aũt nõ oĩno optinet super simile. adhuc sensibile per se agit in sensum. sile autẽ agere in sibi simile est ĩpossibile. sicut dicitur in secũdo de generatione. quare similiter durum aut calidũ & huiusmodi nõ sentit tact⁹. Sed in contrariũ uidet esse qm̃ tangibile se habet ad tactum sicut potentia actiua ad passiuã per se. tãgibile enĩ est motiuũ tactus per se. cuilibet aũt potẽtie actiue respõdet alia potentia passiua per se. natura ergo a destructione cõtinẽtis si nõ est potẽtia actiua respectu alicuius q̃litatis illa nõ erit motiua eius. quare nec tangit ad hoc tãgibile ſm ꝙ tangibile ad tactum dicitur sicut actiuũ ad passiuũ. Eorũ aũt que dicuntur ad aliquid. si unũ nõ est in natura nec reliquũ. ad aliq̃d enĩ sunt simul natura. sicut dicit in ꝑdicamẽtis. si igit alicuius tangibilis nõ est alia potentia tactiua in natura. nec illa erit in natura. hoc aũt est incõueniẽs ergo & ꝑmũ qm̃ aũt rationes utreq; unũ uident cõcludere per se. est intelligẽdũ ꝙ sensus tactus est quedam potẽtia aĩe sensitiue existens cum quadã media rõne tangibiliũ qualitatũ que de necessitate consequitur aĩal cũ sit corpus mixtum. mediante aũt huiusmodi rõne media iudicat de tãgibilibus ſm ꝙ mouetur ſm ipa ab eis sentir ꝙ ꝑpter tangibile ſm eandẽ rõnem oĩno sicut arguebat. Sed huiusmodi ratio media tangibiliũ in toto genere aĩalis nõ consistit in indiuisibili sed habet latitudinẽ magnã inter duos terminos alios. & alios ſm aliã & aliam spẽm. ita ut nõ sit alia ratio qualitatum tangibiliũ. nec extrema nec media que nõ excedat aliam ꝑportionẽ mediam in genere aliũ. aut ĩ alia specie aut defficiat. sicut enĩ ĩ ĩtãgibilibus sũt rõnes diuerse. ita in tangibilibus. & si alia sit similis alicui tangenti. defficie tñ uel excedit respectu alterius. Dicendũ igr̃ ꝙ si tãgibilia cõparant ad tactum uniuersaliter in toto genere aĩaliũ non est aliquod nec extremũ nec mediũ quod a tactu aĩalis nõ sit cõprehẽsibile. sicut ꝓbant rationes adducte. Si aũt cõparent ad aliquod indiuiduũ alicuius speciei animalis. aut etiã ad aliam speciem determinatã nõ est necesse oẽm q̃litatem tangibiliũ ꝑcipi ab illo. quia possibile ẽ ꝙ media similis sit oĩno rationi medie tactus sensus illius indiuidui uel speciei. Simile autẽ oĩno si mouet simile oĩno nec agit in ipm̃ nec patit ab eo. & sic ꝓcedit ratio ad aliã partẽ. & loquit alex. hic. & aristo. secũdo de aĩa cũ dicit. capitulo de tactu. ꝙ silr̃ calidũ & frigidũ & durum & molle nõ sentim⁹. sed excellẽtias. Deinde cum dicit.

Necesse aũt durũ aut molle esse terminatũ corp⁹ proprio termino. aut enĩ intercedere aut nõ adhuc coagulatum esse: hoc enĩ terminat. Quare quoniã omne quidẽ terminatũ & cõstans aut molle aut durũ. Hec aũt coagulatio sunt: oĩa utiq; erũt corpa cõposita & terminata nõ sine coagulatione. De coagulatiõe igit dicendũ.

Intendit determinare de coagulatione & aliis cõsequẽtib⁹. & primo dat considerationis necessitatẽ de ipis. Secundo cũ dicit. Sunt itaq; cause. incipit determinare. in parte prima dicit ꝙ oẽ corpus terminatũ ꝑprio termino necesse ẽ esse durũ uel molle. omne enim corpus terminatum necesse cedere tangenti aut nõ cedere ſm supficiem in profundum. his aũt determinant durũ & molle ut appet ex dictis. omne igr̃ corpus terminatũ ẽ durũ uł molle ſm ꝙ huiusmõi

contrarie.& liquefactio & coagulatio sunt cōtraria. humidū aūt sicut dictū ē nulla est causa coagulatiōis.quia ē dispositio materie & terminus a quo coagulationis forte aūt putaret aliquis ꝙ mel elixatū coagularet ab aqua ſm humida.hic rñdet dicens.ꝙ hoc nō est ita. nihil enī coagulātur ab ipa ſm ꝙ huius modi mō coagulat a frigido quod est in ipa essentialr.etiā si actu existat calida. ꝙ aūt siccum sit causa coagulationis aliquorū.appet ex hoc ꝙ q̄dam coagulant a calido sicco nō ſm ꝙ calidū solum.posita enī in aqua calida nō coagulātur ab ipa.& tñ actu calida est coagulāt igitur a calido sicco ſm ꝙ siccū.Cōseq̄nt cū.d.

Quecunq; quidē igitur sūt aque:nō coagulātur ab igne. Soluūtur enim ab igne idē aūt idem per se non erit causa cōtrarii. In ascendēdo autē calidum coagulat. Quare palam ꝙ in egrediendo soluetur.

Determinat de coagulatiōe in speciali declarans determinate q̄ coagulant a calido & que a frigido.& primo declarat a quo coagulat aqua.Secūdo cum dicit. Quecunq; aūt cōia. a quo cōia terre & aque. Adhuc circa primū primo ponit ꝙ aque nō coagulant a calido. Secundo eum dicit. Quare faciēte.ꝙ coagulant a frigido.in prima parte dicit ꝙ ea que sunt aque uel simplr uel adñio non coagulantur a calido cuiꝰ ratio est.quia nihil ꝙ liquefit a calido coagulant ab eo per se.idem enī per se nō est causa contrariorū eidē.dico autē per se.quia per accidens bene potest.coagulatio aūt & liquefactio sunt cōtraria per se.sed illa que sunt aque coagulata soluūtur a calido ut apparet de aqua congelata. ergo per se nō coagulant ab eo.& conuertēs rationē accipiendo pro manifesto quod iam probatū est concludit ꝙ soluūtur a calido dicens.ꝙ aque adñio coagulant per recessū calidi frigido expellēte ipm si igitur cōtrariorū cause sunt cōtrarii manifestū est ꝙ liquātur reingrediente calido in agendo. Deinde cum dicit.

Quare faciēte frigido coagulat.propter quod & nō ingrossātur oīa talia coagulata.Ingrossatio enī humido quidem abeunte fit sicco aūt constante. Aqua autem humidorū nō ingrossatur sola.

Ostendit ꝙ a frigido dicēs ꝙ qa aque nō coagulant ab ipo.coagulant aūt ab ipo aut a frigido.& relinqtur ꝙ coagulant a frigido.& ꝑpter hoc cōtingit ꝙ illa q̄ ex aqua coagulant nō ingrossant seu inspissant.illa enī q̄ ingrossant ul' uident ingrossare per recessum hūidi inexistentis.& consistētiā sicci remanētis. nūc āt aqua.uel q̄ sunt aq̄ adñio:aut nihil aut modicū hñt de sicco terrestri in natura sua.ergo īgrossant.Cōsequēter cū dicit

Quecūq; aūt cōmunia terre & aque & ab igne coagulantur & a frigido. Ingrossant aūt ab āobus.Est qdē ut eodē modo.Est aūt ut aliter.

Ostēdit a quo uel a qbus coagulant cōia terre & aq̄.& primo ꝑponit duo.Secūdo cū dicit. A calido quidē. manifestat secūdū ex quo aliquo modo appet ꝑmū in prima pte dicit ꝙ q̄cūq; corporū mixtorū sūt cōia aq̄ & terre coagulantur a calido igneo solū qñq;.qñq; ab ipo & a frigido.& istud fit ab eis aliqualr eodē mō.aliqualr āt nō.Cōseq̄nter cū dicit.

A calido qdē humidū educente. Euaporāte enī humido īgrossatur siccū & constat. A frigido aūt calidum exprimēte:cum quo humidum simul recedit coeuaporans.

Manifestat secūdū ex quo appet primū primo declarat ꝙ talia īgrossant & coagulantur a calido & frigido quodāmō simr & quodāmō dissimr.Secūdo cū dicir. Quecūq; qdē igr.q̄ taliū nō ingrossant sed coagulātur.& q̄ utrūq; patiūtur.primo igr dicit ꝙ cōia aq̄ & terre coagulāt a calido.calidū enī extrīsecū coagulata calefaciēs.facit euapare calidū intrinsecū.calidū aūt intrinsecū euaporās secū educit hūidū quo educto siccū residuū īspissatur.& cōstans ingrossat ꝑ calidū terminās.a frigido aūt igrossat. nō qdē ꝙ ipm ꝑpellat hūidū primo.sed qa actione sua calidū corpis coagulabilis propellit exteriꝰ.calidū autē ꝑpulsum secū

eoeducit humidũ subiectũ sibi. Eodem igitur modo aliqual'r coagulãtur & ingrossantur cõia terre & aque a calido & frigido. qa ab ambobus fiunt p eductione humidi humefaciẽtis. nõ eodẽ autẽ modo simpl'r. qa fiũt talia a calido p se educẽte humidũ ĩmediate. a frigido ãt nõ p se sed mediãte calido. deĩde cũ. d.

Quecũqȝ quidẽ igitur mollia sed nõ humida nõ ingrossant: sed eoagulantur exeunte humido: uelud assat⁹ later. Quecunqȝ aũt humido mixtorũ & ingrossantur: uelud lac.

Declarat q̄ cõium terre & aque coagulãtur sed nõ ingrossant. & q̄ utrũqȝ patiuntur. & q̄ neutrũ a principio & q̄liter & primo declarat prima duo. Secũdo cũ dicit. multa aũt. tertiũ circa primũ ẽ intelligendũ. ꝙ cõium terre & aque q̄dã sunt mollia q̄ dicũtur dicet mollificabilia nõ tantã habẽtia humiditatẽ. alia ãt sunt humida multã habẽtia humiditatẽ & adñio. dicit igr̃ ꝙ q̄cũqȝ cõium terre & aque sũt mollia nõ multã habẽtia humiditatẽ. & adñio nõ ingrossant. coagulãtur tñ. uel a calido ĩmediate. uel a frigido mediãte calido pet euaporationẽ intrinsece humidi. sicut apparet in laterib⁹. prius enĩ desiccãtut quã ĩgrossantur. separato enĩ humido sup̄fluo residuũ nõ bene miscet cũ sicco & grosso multo existẽte. quecũqȝ aũt de numero mixtorũ sũt huimda magis & adñio coagulãrur & etiã ĩpinguãtur seu ĩgrossãtur. euaporãte enĩ alia pte humidi. residuum bene mixtũ cũ sicco coagulat. sicut appet in lacte quod coagulat per separationẽ seri. bene aũt dicit q̄cũqȝ humida mixtorũ. aqua enĩ simplex humida exñs nõ ingrossat ꝑpter dictũ siccitatis. sicut dictum est prius. Deinde cũ. d.

Multa aũt & humectantur primo q̄cunqȝ aut grossa aut frigida preextiterũt entia: queãdmodũ & later primo dum assat uaporat: & mollior fit ꝑpter quod & puertitur ĩ caminis.

Declarat tertiũ. s. que neutrũ patiũtur a principio dicens ꝙ multa eorũ q̄ sunt cõia aque & terre nõ ingrossant. sed humectant magis a calido. talia aũt sunt q̄ a frigido cõprimẽte facta sunt pri⁹ aut grossiora aut duriora. talia enĩ a calido agẽte primo in ea humefiunt calido resoluẽte humidũ cõpressum a frigido. sicut apper in laterib⁹ qui duriores a principio facti a frigido indurãte cũ incipiunt decoqui primo molliores & humidiores fiunt a calidore soluẽte humidũ cõpressum a frigido. ꝑpter ꝙ accidit sepius ꝙ puertũtur. hẽr enĩ male & ineq̄liter decoquit in caminis. humidiores enĩ existẽtes magis semꝑ patiunt a calido ꝑpter ꝙ magis expedit figulis uasa. uel lateres formata ex sicco primo ponere ad solẽ aliquãto tpe uel ad ignem lentũ antequã ponant in camino. ut humidũ admixtũ ingrossatũ a frigido loci paulatiue resoluat. & ꝑpter hoc lateres & factilia facta in hyeme deteriora sũt factis in estate. Cõsequẽter cũ dicit.

Quecũqȝ quidẽ igitur a frigido coagulãtur comuniũ terre & aque plus aũt habentiũ terre q̄ in calidũ egrediendo coagulãtur. Hec liquefiunt calido ingrediẽte iterũ calido, uelud lutum: cum cõgelatũ fuerit.

Determinat de oppsito coagulationis. Est aũt intelligendũ ꝙ coagulatorũ tã a calido quam a frigido. q̄dã sunt solubilia. q̄dam aũt nõ solubilia ꝑpter fortem coagulationẽ. primo igr̃ determĩat de solutione & insolutione eorũ q̄ coagulãtur a frigido. secũdo cũ dicit. Quecunqȝ aũt a calido sicco. eorũ q̄ a calido igneo. circa primũ p̄mo ostẽdit que coagulatorũ a frigido sunt liquebilia simpliciter. Secũdo cũ dicit. Quecunqȝ aũt ꝑpter. De hiis que sunt illiq̄bilia per excellentẽ uirtutẽ calidi. in prima pte dicit ꝙ quecũqȝ corporũ mixtorũ cõium terre & aque. in q̄bus tñ plus est de terrestri sicco quam de humido aqueo uirtute coagulãtur a frigido expellẽte calidum quod eductũ siccũ educit humidũ nõ simpl'. sed in pte talia que fiũt iterũ a calido reingrediẽte. sicut appet in luto coagulato a frigido cõgelãte nõ totaliter humidũ exprimẽte. cuius ratio est. quia ꝙ coagulatũ est a frigido p eductionẽ calidi soluentis humidũ indurarum. contraria enĩ sunt cause contrariorum. Consequẽter cum dicit.

Quecũqȝ aũt propter infrigidationẽ

nullum antē corpus terminatū tale pōt esse sine alia coagulatione humidi cum sicut per coagulationē istorū eni termi natur. omne terminatū corpus est durū uel molle. durū autē & molle fm ꝙ hu iusmodi nō sunt sine coagulatione. oīa igitur corpora fm ꝙ tangibilia termia ta erunt & cōposita ex humido & sicco per coagulationē uel nō sine ea. de coa gulatiōe igitur sicut de prima passione seu operatione corporum terminatorū est dicendum.

Unt itaqꝫ cause que sec⁹ materiā due faciēs & pas sio: faciens quidē igitur ut unde motus: passio āt ut unde species. quare & coagulationis & diffusionis & eius quod exsiccari & humectari.

Cū determinauit p̄ius de duro & molli intendit determinate de coagulatione & liquefactiōe sibi opposita. & quibuſ dam aliis cōibus passiōibus. Secūdo cū dicit. Ex his aūt manifestū. Determinat de differentiis eorū terminatorū fm ꝙ tangibilia sunt que causant mediātib⁹ huiusmodi alterariōibus. Ad huc circa primū primo ostendit coagulationis & aliorū dicendorū esse plures causas. Se cūdo cū dicit. qm aūt. prosegtur de in tento. adhuc aūt circa primū primo fa cit quod dictū est. Secūdo cū dicit. facie ens aūt. distinguit q̄sdam aliarū primo dicit omniū eorū que fiūt sunt due cau ſe in genere preter causam materialē. s. efficiens & passio seu forma. causa autē efficiens est illud in unoquoqꝫ unde pri cipium motus & trāsmutatiōis primo passiu que dicit forma aqua sumit ſpēs qua aliquid est. & quia forma & finis co incidūt per causam formalē dat subin telligere finē. cum igitur coagulatio & desiccatio & liqfactio & huiusmodi sint eorum que fiunt natura erunt he & tot cause ipsarum. Consequēter cum dicit.

Facit autē faciēs duahus uirtutibus & patitur passiōib⁹ duabus. sicut di ctum est. Facit quidē calido & frigi do. Passio aūt aut presentia aut absē tia calidi aut frigidi.

Tangit quibus & quot agit agens & pa titur patiēs in naturalib⁹ dicens ꝙ agēs naturale principale agit organice dua bus uirtutib⁹. s. calido & frigido. hec enī sunt uirtutes actiue prime. calefaciens aūt aut frigefaciens facit omne ꝙ agit patiēs etiā primo parit duabus uirtuti b⁹ passiuis. s. humido & sicco. & hoc aut per presentiā aut per absentiam calidi & frigidi. absētia enī fm ꝙ humidū uī siccū patitur. omne passum naturaliter a presentia frigidi uel ecōuerso. Cōse quenter cum dicit.

Quoniā aūt coagulari exsiccari ali quo modo ē. de hoc dicamus primo.

Prosequit de intento. & primū dat ordi nē in cōsiderando de dictis dicens. qm̄ de priorībus prius est considerandū. qa sunt principia cognoscendi posteriora. coagulari aūt exsiccari quoddā. & lique fieri. & n ē ecōuerso. primo consideran dū erit de hoc. s. de exsiccari & ei⁹ oppo sito. Deinde cum dicit.

Patiēs itaqꝫ aut humidū aut siccum aut ex his posita: aut humidi corp⁹ aquam: sicci aūt terram. Hec enī hu midorū & siccorū passiua.

Determinat de ipsis. & primo de aresfa ctione & suo opposito. Secundo de coa gulatione & cōtrario suo. cū dicit. De liquefactiōe aūt. circa primū primo pre mittit quedam necessaria ad declaratio nem intenti. Secūdo cū dicit. Desiccant aūt. Prosequit de ipsu. circa primū ꝑmit dua. secūdū ponit cum dicit. Punim⁹ aūt. dicit igitur ꝙ omne passiuū in natu ralibus est aut humidū aut siccum. aut aliqd mixtū ex ipsis. dictū est enī prius & probatū ꝙ humidū & siccū fūt uirtu tes prime. mixtū aūt ex dicit qualitates medias iter ipas que in patiēdo retinēt uirtutē catum. Premittit fm necessariū ad propositū. dicit ꝙ cū elemēta prima fm ꝙ tāgibilia determināt quoquomō per qualitates primas. nos ponimus ter ram esse siccā. aquā aūt humidā humidi tate grossa pporcionabili magis siccita ti terre. differēter tn̄ quia terra est sicca primo. aqua primo frigida ex cōsequēti hūida. & ga humidū & siccū fūt prima passiua. hec. s. terra & aqua de numero humidorū & siccorū corporū fūt magis

passiua. habẽt enĩ se ad aerem & ignem sicut potẽtia ad actũ. & passibile ad actiuum. semper enĩ superiora in corpibus ſm locũ sunt perfectiora inferioribus. Iferiora enĩ impfectiora respectu superiorũ. Consequẽter cum dicit.

Propter quod & frigidũ passiuorũ magis in his enĩ est. Et enim terra & aqua frigida supponũtur.

Declarat hoc per signũ primo. secundo cũ dicit. Factiuũ aũt. rñdet obiectioni. In prima parte dicit ꝙ ppter hoc factũ dicitur esse magis passiuũ ex cõsequẽti quã calidũ. frigidum enĩ in his duobus elemẽtis. primo per se solum reperit. s. terra & aqua. & ista duo disponunt esse frigida per se quia igr passiua maxime ut dictũ est. & frigidũ dicitur magis passiuũ ex consequeri quã calidũ Deinde cum dicit.

Factiuũ aũt frigidũ ut corruptiuũ: aut secundũ accidens: sicut dictũ est prius. Aliquãdo enĩ & cõburere dicitur & calefacere frigidũ nõ ut calidũ sed in simul ducẽdo: aut ĩ contra circumstare calidum.

Remouet obiectionẽ. posset enĩ aliquis obicere frigidũ nõ esse passiuũ. cũ superius dictũ sit ipm esse actiuum. ꝙ hic remouẽs dicit. ꝙ frigidũ actiuũ ẽ duobus modis. uno modo p se. sed nõ pfectissime. sed magis corruptiuũ. quia enĩ corrũpere facere est. & ea q̃ corrũpunt in corpib⁹ pfectiorib⁹ per excessum frigidi corrũpunt frigidũ actiuũ dicit ſm accidẽs. dicim⁹ enĩ aliqñ frigidũ calefacere cõburere. nõ quidẽ per se sicut calidũ. sed qa cõgregat & cõpingit in unũ ipm calidũ. quẽadmodũ cõtingit in nubib⁹ ĩ gñone tonitrui & corruscatiõis & fulguris. sicut etiã accidit in florib⁹. aliqñ in uere q̃ a frigido circũstante & cõpingitre calidũ cõburit. aut etiã in contra resistẽdo ipi calido quẽadmodũ fõtes in hyeme calidiores sũt quã in estate. propter figidũ exterius ppellẽs calidũ interius. sicut apppet satis ex pcedẽtibus libris. nõ debet aũt aliqs oppiuari frigidũ nõ esse actiuũ primo aliquorũ. sicut ostẽsum fuit. qa agit sicut corruptiuũ. & corrũpẽs ſm ꝙ huiusmõi ubi est actiuum alicuius primo. qm nihil corrũpit aliquid per se. nisi qa primo generat aliquid. omne enĩ actiuũ cũ agit ſm formã agit ad aliã formã primo. sed quia non potest iducere eã in materia nisi in corrũpendo formã contrariã. ideo ex cõsequẽti corrũpit illã. sicut principalr intẽdit esse generati. & grẽ illi⁹ nõ esse corrumpẽdi. si ergo frigidũ sicut corruptiuũ agit prius aget sicut generatiuũ alterius. dicit aũt agere sicut corruptiuũ simpliciter magis quã calidũ. qm in substãtiis dicit aliqd generari & corrũpi simpliciter. aliquid aũt nõ simplr. sicut apparet ex primo de generatiõe. in substãtiis enĩ q̃dam sũt pfectiores. q̃dam aũt minus aũt pfecte. quẽadmodũ ignis pfectior est aqua & terra. & quia generatio determinat ex termino ad quẽ. corruptio aũt ex termino a quo cũ generat pfectius ex minus pfecto corpe. dicitur generati simplr & corrũpi ſm quid generans hoc dicit generare simplr & corrũpere ſm quid nũc aũt calidũ agit ad generationẽ corporũ naturaliũ pfectorũ magis ex minus pfectis. unde magis pfectiorũ ẽ. & ideo dicit agere sicut generat. unde cũ aũt generãtur min⁹ pfecta ex magis pfectis est corruptio simpliciter. & gño ſm qd. & qa frigidũ agit p se magis ad gñonẽ pfectorũ. puta terre & aque in simplicib⁹. & ad corruptionẽ pfectorũ dicit corruptiuũ simplr. & ſm qd generatiuũ. & ppter hoc dicit pñus ꝙ ẽ actiuũ sicut corruptiuũ. deide cũ. d.

Desiccant aũt q̃cunq; sũt aqua & aq̃ spẽs: aut habẽt aquã siue supinductã siue cõnaturalẽ. Dico aũt sup iductam quidẽ uelud in lana. Cõnaturalẽ aũt uelud in lacte. Aqua autẽ spẽs q̃ & alia uinũ urina serũ & totaliter quecũq; nullã aut paruã habẽt hypostasim nõ ppter uiscositatẽ. Quibusdam enĩ causa nõ substandi aliquid uiscositas: sicut oleo aut pixi.

Determinat de exsiccatiõe & humefactione. & primo de exsiccatiõe. secũdo cũ dicit. humectari aũt. de humefactione. Adhuc primo determiat q̃ sũt q̃ exsiccãt secũdo cũ dicit. Desiccãtur aũt. a quib⁹ exsiccãtur. in prima pte dicit ꝙ desiccari dñr q̃cũq; aut sũt aqua aut spẽs aque

aut quecunq̧ habẽt in ſeipſis humiditatem aqueã uel inductã ab extrinſeco uł inſitam naturałr exponit quod dixit dicens. ꝙ humiditatẽ ſupinductã habẽt ſicut ueſtimẽta uł lana cõpluta aq̃. nõ eni lana ſm ſe eſt cõpluta ſed accidit ei ab extrinſeco. naturalẽ eni habẽt humiditatẽ. ſicut lac & uinũ & huiuſmõi q̃ ſm ſe humida ſunt. aque aũt ſpẽs dicim⁹ ſicut uinũ & urina & ſerũ. & uniuerſałr quecũq̧ nullã aut modicã reſiſtentiã terreſtrem habẽt nõ quidẽ ꝑpter uiſcoſitatem. in quibuſdã eni ipa uiſcoſitas reſiſtentiã fieri quãuis multã habeat quod poſſit reſidere. ſicut eſt oleum & pix. & huiuſmodi eni no ſunt ſpẽs aque. Queret aũt aliquis. utrum aqua ſimplex poſſit deſiccari. & uidetur ariſto. ſecũdo de aĩa dicere ꝙ non ſequens auic. qui uult ꝙ nõ deſiccaẽ niſi per admixtionẽ partium ſiccarum. quorum ratio eſſe poteſt. qm̃ aqua in toto motu deſiccationis nõ ẽ humida humiditate ſimplici. nec ſicca ſimplici ſiccitate. quia illud quod mouetur in toto motu partim eſt in termino ad quem. ſed eſt ſub qualitate media inter humidum & ſiccum. qualitas autem media non eſt niſi corporis mixti. ergo aqua cum deſſicaẽ eſt corpus mixtũ nõ ſimplex. eadem fere ratio uidetur de calefactione. Sed hoc uidetur contra intẽtionẽ ariſto. hic qui dicit aqua & aque ſpecies exſiccari. Propter ꝙ dicẽdũ eſſe uidetur ꝙ aqua ſimplex manẽs aqua deſſiccari poteſt. non tamẽ poteſt exſiccari uſq̧ ad ultimũ terminũ ſiccitatis. ſicut aqua & ignis. primũ declaraẽ. quoniam ex aqua imediate põt fieri ignis uel terra: quia quodlibet poteſt fieri ex quolibet imediate. ſicut diciẽ ſecũdo de generatione. ſed in tota tranſmutatiõe illud quod tranſmutaẽ eſt ſub forma generãda ſicut probaẽ q̃rto phiſicorũ. cũ ergo ex aqua generaẽ ignis in tota tranſmutatiõe ſubiectũ generatõis ẽ ſub forma aque actu. tota aũt trãſmutatione deſſicatur. ergo aqua manẽs aqua actu deſſicari poteſt. Secũdũ declaraẽ quia illud quod eſt ſiccum. in termino ſiccitatis nihil uino habet de humido. qm̃ ſi haberet aliquid de eo nõ e⁻⁻et pure ſiccũ. aq̃ aũt in actu non poteſt eſſe ſine humido cũ ſit ei naturale. ergo aqua nõ põt eſſe ſicca in termino ſiccitatis. Quod ergo arguiẽ in contrariũ ꝙ omne quod exſiccatur in tota exſiccatiõe eſt ſub qualitate media inter humidũ & ſiccũ cõcedẽdũ eſt. ſed aſſumptũ negandũ eſt. nõ eni oĩs qualitas media eſt q̃litas corpis mixti. Si eni ſic eſſet ĩpoſſibile eſſet corpus ſimplex generari ex ſimplici niſi mediãte mixto. ꝙ eſt cõtra ariſto. ſecũdo de generatione. Deĩde cum dicit.

Deſſiccanẽ autẽ oĩa aut calefacta aut frigefacta. Ambo aũt calido & ab interiori caliditate: aut exteriori.

Declarat a quo uel a qbus fiat exſiccatio & prim⁊pponit. Secũdo cũ dicit. Eteni que infrigidatiõe manifeſtat. dicit igiẽ primo ꝙ oĩa deſſiccãtur calefacta uel infrigidata. a calido aut frigido aut ea que a frigido exſiccanẽ a calido exſiccanẽ. uł ab interiori. uel ab exteriori deſſicãtur a calido cõſumẽte & deducẽte humidũ. a frigido aũt expellente calidũ ꝙ ſimul coeducit humidũ. Deinde cũ dicit.

Etenim que infrigidatiõe ſiccanẽ ſicut ueſtimentũ. ſi fuerit ſeparatum ipm̃ ſecundũ ſeipm̃ humidũ ab interiori calido ſimul euaporare faciẽte humidũ deſiccaẽ: ſi paucũ fuerit humidum exiſtente caliditate a circumſtante frigido.

Manifeſtat qũo exſiccata a frigido diſſicanẽ ſimul a calido. ſecũdo cũ dicit. Deſſicauẽ igẽ que & qũo ſiccanẽ a calido. in prima pte dicit ꝙ illa q̃ exſiccanẽ a frigido. ſicut ueſtimẽtũ cum habuerit humidũ ſeparatũ ſubito ab ipõ. & in naturali ſibi deſſiccanẽ a caliditate intrinſeca faciente ſimul exalare ipm̃ humidũ. frigidũ eni circũſtãs agẽs in calidũ intrinſecũ ꝑpellit ipm̃ interius & exterius & ſimul cũ hoc humidũ educitur maxime ſi fuerit paucũ. Deinde cum dicit.

Deſſiccãẽ quidẽ igiẽ ſicut dictũ eſt oĩa aut calefacta aut frigefacta & oĩa calido aut interiori aut exteriori coeducente humidũ. Dico aũt extra quidẽ ſicut q̃ elixaẽ. Intra aũt qũ ablato a caliditate quã habet cõſũptũ fuerit

expirãte. de deficcari qdẽ igr dictũ ẽ Manifestat. que & qño deficcant a calido interiori uel exteriori per se & tecolligendo dicta dicit. ꝙ sicut dictum est. oĩa exficcant eo ꝙ calefiũt uel infrigidant & siue sic. siue oĩa siccant aut calido extrinseco calefaciẽte. & euapare faciente humidũ inexistẽs. aut calido intrinseco quod passo a frigido circũstante euaporat exterius. & simul educit & euaporare facit humidũ exñs in eo quod desicatur. dicit aũt ab extrinseco calido exsiccari: sicut ea q̃ elixant. talia enĩ desicãtur a calido existẽte in humido circũfuso. sicut dictũ est prius. ab intrinseco ãt calido dessicãtur ipa eadẽ qño a modico calido extrinseco intrinsecũ cõsũptum seu eductũ fuerit a talido euaporante ꝑpter frigidũ circũstans. Sic igr dictum est de exsictatiõe propter quam causam fiat. Deinde tum dicit.

Humectari aũt est unũ quidẽ aquã fieri constãtẽ: unũ aũt liquefieri coagulatam. Horum aũt tonstat quidẽ frigefactus spũs.

Determinat de humefactiõe dicens ꝙ humectari tontingit dupl'r. uno modo quãdo mutat' aliquid in aquã. uel ·in aq̃ spẽm. ex uapote existente inspissato. & hoc modo fit humectatio a frigido cõdẽpsãte humidũ aereũ. alio modo aquã coagulatã a frigido liq̃fieri. sicut cõtingit cũ glacies liquescit. ꝙ cõtingit fieri a calido. adiungit' aũt de his q̃ humectãtur primo modo ꝙ spũs. i. uapor subtilis horum a frigido pass⁹ cõdempsatur in aquam sicut dictun est.


E liq̃factiõe aũt, simul & de coagulatiõe erit palã. Postquã determiauit pĥus de exsiccatiõe & humefactione. intẽdit nunc cõsiderare de coagulatiõe & liq̃factione. & primo dans modũ cõsiderãdi dicit ꝙ simul ex dicẽdis erit manifestum de liq̃factione & de humefactiõe ꝑpter ipam. & de ipa coagulatione. Consequẽter cum dicit.

Coagulãtur aũt quecũq: coagulant' aut aque existẽtia: aut terre & aque.

Prosequtur de ipis. & primo determinat de ipis absolute. secũdo tũ dicit. ĩgrossant quidẽ. per tõparationẽ ad ĩgrossationem molificationẽ. Circa primũ adhuc primo determinat de coagulatione secũdo cũ dicit. Quecunq̃ quidẽ igr. de liquefactiõe. adhuc in prima pte primo determinat in generali de ipa. Secũdo cũ dicit. Quecunq̃ quidẽ igit'. in spãli magis. adhuc primo determinat de ea quantũ ad subiectũ eius. Secũdo cum dicit. Et hoc aut frigido aut calido. quantum ad causam agentẽ. in prima pte dicit. ꝙ oĩa corpa quecunq̃ coagulãtur sicut subiectũ & materia coagulationis sunt aqua uel cõueniẽtia terre & aque. quecũq̃ enĩ coagulãtur exsiccãtur quodãmodo. sicut cit dictũ prius. quecunq̃ aũt deficcant' de necessitate humida sũt motus enĩ ad unũ cõtrariorũ per se est ex altero. corpus aũt humidum est aqua uel cõlter ex terra & aqua. ergo q̃cunq̃ coagulãtur sũt aqua uel cõueniẽtia terre & aque. Deinde cum dicit.

Et hoc aut frigido: aut calido: aut sicco. Propter quod soluũtur cõtrariis quecũq̃ soluũtur a calido coagulatorũ aut a frigido. Que quidẽ enĩ a sicco calido coagulata sunt: ab aqua soluuntur: que est humida. Coagulari autẽ quedã utiq̃ putabũtur ab aqua ut mel elixatũ. Coagulat' aũt non ab aqua. sed ab eo que in ipo frigido.

Determinat de ipa quãtũ ad causã agẽtem. & primo proponit dicens ꝙ quecũq̃ coagulant'. coagulãtur aut calido aut frigido aut etiã a sicco. calidum enĩ & frigidũ sunt uirtutes actiue in naturalibus prime sicut dictũ est prius. siccum aũt ex cõsequẽti. quare toagulatio erit alteratio istorum. humidũ uero non est causa actiua coagulatiõis. qm̃ est per se dispositio subiecti ipius & materie & materia & agẽs nõ coincidunt. Secũdo cũ dicit. Propter quod soluunt'. Manifestat ꝙ proposuit dicens. ꝙ signũ eius ꝙ dictũ est. qm̃ propter hoc coagulatorũ a calido uel frigido q̃cunq̃ soluũtur liq̃facta liquefiunt a causis cõtrariis coagulatiõis iporũ. illa enĩ que coagulata sũt a calido sicco liquefiũt a frigido humido. q̃ aũt a frigido coagulant'. liquefiũt a calido. toutrariorũ autem sunt cause

In hoc q̄ utrumq̄ est consistētia q̄dā corporis terminati differūt aūt q̄a coagulatio uidet̄ esse cōsistētia nō per exsiccationē sed per admixtionē bonā humidi cū sicco. unde oīa ĩgrossata humiditatē habēt cum sicco. dicit ergo primo q̄ corporū conuenientiū terre & aque illa que plus habent in uirtute de natura aque. ingrossant̄ a calido sicco. nō aūt coagulātur ut lac. calidū enī agens in ip̄a resoluit humidū superfluū bene miscēdo cum sicco. ita ut grossius fiat. q̄ aūt plus habēt terre quā aque coagulātur quidē a calido. calidum enī agēs in illud quod terre ē adn̄io resoluēs humidū exsiccat ip̄m. & p̄pter hanc causam nitrū & alia genera salis & genera lapidū. & latet uidenter esse terre adn̄io. Sal enī cōmune generat̄ ex aqua terrestri & grossa a calido. nitrū aūt ex subtili uapore habente siccum terrestre subtile a calido desiccāte p̄pter quod lucidi⁹ est quā sal cōmune. Consequēter cum dicit.

Maxime aūt dubie habet olei natura Siquidē enī aque oportebat coagulari a frigido ut glacies. si autē terre plus ab igne ut later. Nūc aūt coagulatur quidem a neutro; igrossat̄ aūt ab ambobus.

Mouet dubitationē de oleo primo. secūdo cū dicit. Causa aūt est. Dissoluit eam dicit igit̄ q̄ circa predicta occurrit dubitatio maxima de natura olei. sic enim dicamus q̄ sit aque adn̄io oportet dicere q̄ coaguleī. sic enim dictum est prius. q̄ corpa que sunt aque adn̄io coagulant̄ a frigido. Si aūt dicamus q̄ sit terre adominio oportet dicere & coaguleī a calido. sicut later & nitrum & sal. sic enī dictum est prius talia coagulari a calido. nūc aūt a neutro coagulatiōe opposita ingrossationi coagulat̄ nec a calido nec a frigido. s. igit̄ ingrossat̄: tn̄ ab utroq̄ ip̄orū sicut sensus docet. est ergo dubitatio cuius sit adn̄io. & propter quid ingrossat̄ ab utroq̄. & q̄uo & propter q̄d a neutro coagulat̄. Consequēter cū dicit.

